

RECHENKUNST
VON
M. I.

3
1712



1. Nun Joseph concepit, fruct. K.C. Matth. 1, 18.
2. De Immanuele Matth. 1, 18, 23.
De idō p̄m̄ 1 Jh 11, 2.
3. De amictu baptiste. Matth. 3, 4. Mr. 1, 6
4. De uctu baptiste Mt 3, 4. Mr. 1, 6
5. Curtae sup monte Mt 5, 14.
6. De bedon̄ p̄m̄ cura elemosynar. Mt. 6, 2
7. P̄torum Anan̄. Vanitas. Mt. XV, 9.
8. De signis temporum observandis Mt. 16, 1-4
9. De curfus. Petri & Karp. X̄i Mt. 16, 13-19. Inuay.
10. Tu es filius filij d̄i. uentis. Mt. 16, 16.
11. De claris ual. Mt. 16, 19.
12. De autitate Clav. Joh. & h̄y. Mt 16, 19
13. De drachnis & X̄i solutus Mt 17, 24 &
^{parabole}
14. Sup̄ de op̄sionis uirna Mt 20, 1-16
15. Vol. X̄i congregatum uolentes Mt 23, 37.
16. Chichitubul. de h̄acono Eryti Mt 24, 14.
17. De ot d̄agio X̄i. Mt 24, 28
18. Ager sanguinis Mt. 27, 3-11.
19. Tumba seruatoris. Mt. 27, 60
20. De curi Judan̄ de. Mt 28, 1. Mr. 16, 2.
21. De curi mortuor & olar̄ sancti. Mr. 6, 13. Jui. V, 14 &
22. De incarnatione Mysteris Luc. 1, 35
23. De Maria X̄i preservata.
24. De nate Iesu. Luc. 2, 21
25. De uente abpt. p̄cutnor Luc. 7, 47, 48
26. q̄ob̄k̄eiḡs Luc. 8, 13.
27. X̄i curi Sabbathica Luc. XV.
28. De Mamona mystika Luc. XVI, 9
29. De curi. Luc. 16, 9
- Luc. 16, 9.
- De lacrymis X̄i. Luc. XIX, 41.
- Luc. 22, 38

00
R

+ 3



63.

65

I. N. 7.

GALLIONISMUS

EX

Actor. cap. XIX, vers. 12.13 14.15.16.

illustratus & profligatus

Sub

AUSPICIIS DIVINI NUMINIS
MODERAMINE

VIRI MAXIME VENERANDI
DN. JO. CONR. DANNHAUERI,
Doctoris & Professoris Theologi, Con-
ventus Ecclesiastici Præsidis.

Ad


examen SOLENNE exhibitus

D. Mens. Jun.

a

VVOLFFGANGO PICHLERO,
Eslingensi.

DISPUTATIO XIX.



ARGENTORATI,

Typis JOSIÆ STÆDELII, Acad. Typ.

ANNO M. DC. LXIV.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
SACSEN-ANHALT
MAGDEBURG





PRÆSES

HUIUS EXERCITII L. B.

τὸ εὐπράττειν!

Vam illaudabile fuit GALLIONIS repulsa controversiæ, quæ S. Paulo intercessit cum gente Judæorum excœcatâ, de JESU NAZARENO, essetne ille Christus ac Messias, quem tot seculis Prophetæ decantarunt, typi designarunt, oracula divina promiserunt, de fundamento scilicet æternæ salutis: Tam laudabile contra fuit institutum MAHOMETIS II. Constantinopolitanæ Urbis Expugnatoris, Tyranni aliàs truculenti, at prudentis hyperepiscopi Christianæ Ecclesiæ: cum novo electo Patriarchæ *Gennadio Scholario*, Episcopale pedum manu sua sic tradidit, ut simul ab eo Christianorum fidem perdiscere cuperet. Historiam memoratu dignam luculenter descripsit *Martinus Crusius* in *Turco-Græci* ap. 107. Sultani animum magna inceserat cupido videndi Patriarcham, & cum eo de religione colloquendi, ut ex eo quærens res divinas cognosceret. Igitur Sultanus ipsemet intravit Patriarcheum, cumque in templum Pammacaristæ venisset, in Sacellum ejus ingressus est, (quo in loco hodie armarium rerum sacrarum est) & cum Patriarcha *Gennadio* clementer sermones contulit. Tunc omni metu posito universam ei Patriarcha veritatem fidei Christianæ aperuit, scriptisque pro numero quæstionum ejus capita viginti, quæ singula inferius ordine sequuntur, sententiaque eorum perspicitur, quæ & dedit ipsi Sultano. Eorum capitum initiumque sic habet Sapiientissimi & Doctissimi viri Domini *Gennadii Scholarii* Patriarchæ Constantinopoleos, novæ Romæ, sermocinatio, habita de recta & inculcata Christianorum fide. Interrogatus enim ab Imperatore *Mechometæ*. Quid creditis vos Christiani? respondit ei ad hunc qui sequitur modum & c. p. 109. Quæ confessio viginti capitibus comprehensa ibidem recitata, in Turcarabicam linguam translata fuit Tunc Sultanus hisce ex ore Patriarchæ auditis, in scriptis etiam acceptis, magnopere admiratus est illius divinarum rerum cognitionem, & sapientiam; certusque religione Christiana factus est, totam esse verissimam, mysteria ejus non modo vera, sed etiam mirifica, nullum his subesse dolum, sed puritate & splendore vincere aurum. Hinc amore prosecutus est gentem Christianam, benignoque aspexit vultu. Hac de causa edicto proposito, gravia minatus est illis, quicumque molestarent, aut

calumniarentur aliquem Christianorum, in eosque graviter animadverti
jussit. Nec ipse solum Sultanus diligebat Christianos, sed cuncti etiam Tur-
ca (qui ipsorum lingua Musulmanni, hoc est circumcisi appellantur) propter
edictum regium. Enimvero magno gaudebat opere oblectabaturque Sulta-
nus, quod se talis nationis Dominum Regemque fieri contigisset. p. 119. Galli-
oni gentili facilius ignosci potuit sua amelia & acedia, quam multis Chri-
stianorum, qui nunc sunt, Hyperepiscopis, juris Episcopalis possessoribus
& judicibus, quibus religionis certamina minus curæ sunt, quam Barbaro
illi Thraci; qui si possent, hujusmodi, ut ajunt, rixas non a suis solum tri-
bunalibus, sed & suggestibus depererent. Quo magis nobis, Judici sum-
mo mox venturo rationem fidei fortiter propugnandæ reddere tenemur,
vigilandum, ne hac arte non novâ, sed renovatâ Ecclesiæ Orthodoxæ vim
faciant, qui omni nisu custodire debebant; gladio eam spiritus, quem Pax
Passaviensis ἀσουλία munivit, quo uno adhuc, qui orthodoxi sumus, vale-
mus contra adversarios, exarmaturi: neque concedendum, ut GALLIO-
NISMUS colore piæ ac catechetiæ simplicitatis, officii angustiori mensu-
râ ac vitandæ polypragmosynes studio, indutus clam indeprehensus irre-
pat. Vigilantiæ suæ aliquod prælium exhibiturus *Excellentis ingenio, vir-
tute, eruditione Vir Juvenis Dn. WOLFGANGUS PICHLER, Esslingensis,*
meo svasu, hoc de GALLIONISMO argumentum ἀυτομάτως elaborare,
inque lucem publicam exponere constituit, cum ut ILLUSTRIS SUÆ A-
LUMNÆ DOMINÆ MEÆ PERCLEMENTI, rationem studiorum &
stipendii recte collocati gratus redderet, tum ut hoc specimine vitam A-
cademicam obsignaret, Juvenis alioquin omni favore ac promotione di-
gnissimus; qui gratiam sibi hactenus pietate, obsequio, diligentia apud
DEUM hominesque collegerit, solidam; ejus incrementa expectaturus,
ubi spartam nactus fuerit, suis virtutibus parem. Quam toto
pectore mecum precantur omnes boni.



Adsis ô Ter-Sancta Triunitas!

PROOEMIUM.



Non postrema, sed inter reliquas omnes facile princeps est Controversia, licet ab Augustissimis Confessoribus ultimo pertractata loco, de Potestate Ecclesiastica: *Non rerum quidem ipsarum difficultate, quæ nulla aut exigua saltem est, si verbi divini decisione stare libeat, sed adversariorum postulatione, qui haud ægre causa in reliquis omnibus facile casuri essent, si in hoc solum capite vincerent. Hac enim fuit calamitas Ecclesiæ, quæ res affligebantur superioribus seculis, quod non tantum in Tyrannidem conversa erat potestas, quæ Ecclesiam suam instructam, in his terris Christus esse voluit; Sed & in permittentem potestatis politicæ commutata, ex qua nudum fere nomen supererat, dominio vero ab Episcopis raptato, qui Mag. Politicum ita potestate sua exuerant, ut in servitutem veram undique redactus esset. Hinc tristissima pariter ac turbulentissima utriusque status committio; Monopolium superciliosum; ἄλλοτριοςπισκοπία detestanda; Spolium alieni juris iniquissimum.*

Prooemium

Judicium D.
Mylii. Comm.
A. C. p. 168.

Hierarchus Papatus est, quando ministeriū in dominium convertitur ἀνυπεύθυνον & ei non solum gubernatio interna, ut par est, attribuitur, sed etiam externa, & Magistratus sub ministerium ita deprimatur, ut vel Magistratus potestas circa Ecclesiastica dependere statuatur a ministris, vel id, quod Magistratui propriū est, iis attribuat, vel denique id quod Magistratui pariter & ministris certo respectu competit, in solos ministros conferatur. Politicus Papatus quando Magistratui potestas absoluta in rebus Ecclesiasticis defertur, & ei non solum gubernatio externa, sed & interna adscribitur, ministeriumque ita sub eum deprimatur, ut vel illud immediate non a Christo, sed a Magistratu fluere statuatur, sive quoad substantiam ab eo dependere; vel ut Magistratui tribuantur actiones quæ propriæ sunt ministerii; vel ut, quod Magistratui & ministris suo modo ac diverso respectu commune est, soli Magistratui adscribatur. Hæc Vedel. de Episcopatu Constantini in præf.

A 3

vel

B. Luth. T. vel quæ B. Megalandri vox est, *Cæsareo-Papatus*, das *Keyserliche*
 VI. Jen. in Pf. *Pabstumb*. Quemadmodum autem æternæ, *Provido Numini*,
 101. cit. D. D. debentur laudes, quod *ἐλεήμονι ὀυθαλωῶ* genus humanum respe-
 Dannhauer xerit, eque captivitate *Babylonicâ*, per electum Eius organon,
 Ab. Nett. p. 5. nos eduxerit; Ita udis e contra lachrymis deploranda τῆ μωριο-
 Theolog. nos eduxerit; Ita udis e contra lachrymis deploranda τῆ μωριο-
 Consc. pag. τεχνίτησ vafrities, *hic enim a vi ad artes & stratagmata conversus,*
 1059. *quod nemo metuebat, id tentans, pro Cæsareo-Papatu, inversa sce-*
 vid. D. Bal- *na Papo-Cæsareatum, das Pabsttische Keyserthumb / instituit, Ec-*
 duin. ad 1. *clesiæque Christi vix dum Romanum carcerem egressæ obtrusit, Triste i-*
 Tim. V. 19. *tidem profecto malum, & Ecclesiæ progresibus noxium, quo sibi ex Ev-*
 qv. I. p. 1359. *angelii ministris, finxit ministros status, & servos Christi, transforma-*
 1360. edit. 4. *vit in servos Hominum, circumjectis vinculis ad reddendum eos aut*
mutuos, aut timidos ne sint viri objurgantes. Aut totus fallor! aut
tertium impudentissimus ille Spiritus, in lucem prodire cœpit, He-
lena comitatus, quam Paris non potest non amare: Hæc iis, qui ἐ-
περέχουσαι ἐξουσίαι imò Dii, audiunt, non πολυπραγμοσύνης vi-
tium, sed ἀπολυπραγμοσύνης studium persuadere; non fastum, sed
fastidium conciliare; non ἔριν, sed εἰρήνην hinc inde disseminare co-
nabitur, ut sc. jure, quo olim privati, turpiter postea abusi, sponte
sua cedere discant: Sed umbram pro Junone! revera enim atheos
eos facit, & ut mitissime dicam, post Cæsareo-Papatum & Papo Cæ-
sareatum tandem ultima hac mundi senectâ Gallionismum reprodu-
cit? Seculo nostro non tam pio & religioso, quam docto & erudito,
nimis familiare malum: Merito igitur, & pro sua quidem in-
defessa contra lupum infernalem vigilantia, dignum censuit,
Vir Maxime Reverendus, Amplissimus atque Excellentissimus
Dn. Johann. Cunr. Dannhauerus, SS. Theol. D. & Prof. longè
Celeberrimus, de universa Christi Ecclesia meritissimus, mihi præ-
aliis ætatem filialiter colendissimus, ut alibi passim, ita præprimis,
*in limatissimo scripto *Salve Reform. p. 627. & seqq.* ut pluribus illu-*
straretur & profligaretur: Cum præsentis Disputationis argu-
mentum esse vellet, deprecari quidem conabar, quia nec vitæ,
nec studiorum statui respondere videbatur; Non enim Tyro, imo
vix veteranus miles in quo cum lacertorum robore prudentia e fre-
quenti γυμνασία nata, hic sufficere potest: Æquius tamen rem æ-
stimans parui lubens, idque vel maxime, ne in Clementissimam
meam

meam Dominam & Benefactricem, Quæ Tantum Virum Studi-
orum meorum & Inspectorem, & Directorem esse, Gratiose sen-
sit, peccare videar; Memor insuper illius, quod *B. Lutherus* habet:
*Quid ad te, si Dominus per asinum aut asinam loquatur, dummo-
do tu verbum eius audias, in quo speres atque credas, adeoque mo-
res etiam corrigas.* Quod si non omnia acu tetigero, vel satis per-
spicue protulero, veniam forte merebor, cum in materia tam ar-
duâ, præter *Max. Ven. Dn. D. Præfidem*, antecessores non viderim;
Fracta igitur glacie, tutius aliquantulum navigabimus, donec Deo
dante, & temporis successu, uberiore tractatione ad immotæ certi-
tudinis portum rectius appellere, & aliis, fortasse hallucinantibus,
saniora monstrare queamus. Sicut igitur, in nomine DOMINI,
cuius bella geruntur.

Tom. IV. in
Gen. p. 107.

Verba textus & Historiæ: Γαλλίων[Ⓞ] δὲ ἀνθυπατεύου[Ⓞ] τῆς Ἀχαΐας
κατέβησαν ὁ μοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆ-
μα: λέγοντες: ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἔτ[Ⓞ] ἀναπέδει τὰς ἀνθρώπους σέβειν
τὸν Θεόν. μέλλου[Ⓞ] δὲ τῷ Παύλῳ ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ γαλλίων πρὸς
τὰς Ἰουδαίους: εἰ μὲν ἐν ἀδίκημά τι ἢ ραδιζέγγημα πονηρὸν. ὡς Ἰουδαῖοι,
κατὰ λόγον ἀνὴρ ἠνεσχόμεν ὑμῶν. εἰ δὲ ζήτημα ἐστὶ περὶ λόγου καὶ ὀνο-
μάτων, καὶ νόμου κατὰ ὑμᾶς, ὄψεθε αὐτοί: κριτὴς γὰρ ἐγὼ τῶν βῆ-
λουμα εἶναι. καὶ ἀπήλασεν αὐτὰς ἀπὸ τῷ βήμα[Ⓞ]. Cum autem Gallio Pro-
consul esset Achaia, insurrexerunt unanimiter Judæi in Paulum & adduxerunt eum ad
tribunal; dicentes, contra legem nostram hic persuadet hominibus colere DEUM. Cum
autem jam os aperturus esset Paulus, dixit Gallio ad Judæos, si qua injuria esset, aut faci-
nus malum o Judæi, quæ æquum est sustinerem vos: Si vero quæstio est de sermone &
nominibus, & lege vestrate, vos ipsi videritis. Ego enim iudex istorum esse nolo. Et
abegit eos a tribunali. *Erasm. Schm. Interpr. nova*, minavit a tribunali, ita Sixtina: Da
aber Gallion Landvogt war im Achaia/ empöreten sich die Jüden einmütiglich wider Pau-
lum/ und föhreten ihn vor den Richterstuhl/ und sprachen: dieser überredet die Leute/ daß
zu dienen zu wider. Da aber Paulus wolte den Mund aufthun/ sprach Gallion zu den
Jüden: dem Gesetze wann es ein Frevel oder Schalkheit wäre/ so höret sich euch billich.
Weil es aber eine Frag ist/ von der Lehre/ und von den Wercken/ und von dem Gesetze un-
ter euch/ so sehet ihr selber zu/ ich gedencke darüber nicht Richter zu seyn/ und trieb sie von
dem Richtstuhl. Luth.

§. 1.

Nē itaque sub initium statim disputatio aut *obscuritatis*,
aut *novitatis* incusari queat, addere placuit in oculiferio
Gallionismus ex Actor. XIX. Ubi quid in Corintho, Gal-
lione Proconsulem agente, Paulum & Judæos inter
actum fuerit, Enthæatus Historicus recenset, prout verba, reci-
tata

I.
Ratio deno-
minationis.



tata jam sunt. Idem cum nostris temporibus fieri cernamus, placuit studium hoc *Gallionismum* vocare, non quidem ratione *primi Authoris*, plures enim Gallion antecessores habuit; sed ratione *Analogia evidentioris*, ut habet S.R. Ob nun wohl Gallion seines gleichen vor und nach ihm gefunden / (Pilatus war eben des humors, da er höhnisch gefragt/ was ist Wahrheit? Und Festus der gar schlecht von Religionsfachen geredet) so wird doch dieses Unthier billich von Gallione, Gallionismus genant / Die weil in diesem Exempel gar hell hervor leuchtet/ was es eigentlich seye/ oder heiße. Sic in simili *Simonie* peccatum, quo res spiritualis, ut ministerium verbi, præbendæ Ecclesiasticæ &c. venditur, emiturve, vel ad quæstum & ambitionem transfertur, nomen accipit a *Simone Mago* non quod primus sit author hujus sceleris, eodem enim commaculati in veteri lege, Bileam, Gehasi & alii fuerunt; sed quoniam ut *Abulensis* ait, in *N. Test. & lege nova jam conficuta*, quæ est *spiritualior*, illam magis complete, & circa rem maxime *spiritualem commisit*. Mirum igitur videri cupiam posset cur hoc a quibusdam vitio verti soleat, sed eo ipso studium aut latitandi, aut cavillandi satis aperte produnt: Dicantur autem hujus studii Professores seu Pilati, seu Galliones; eorum studium seu *Pilatismus*, seu *Gallionismus*, seu *Indifferentismus* cum *Laur. Forero*, per nos licebit, quamvis impræsentiarum media appellatio e causa jam jam indigitata magis arriserit.

D. D. Dan-
hau. Salv. R.
p. 630.

Simoniam a
Simone
Mago. Act.
II. vers. 18.
quid & cur?
ita dicatur.

Joh. Lorin.
& Georg. Ca-
lixt. ad Act.
II. Abulens.
cit. Lorin. 1.
c. vid. D. D.
Dannh Sigal.

pag. 87.
contr. Bor-
thenii B.
Sch. p. 19. 20.
Laur. Forer.
indiffer. cit.
a D. D. Dan-
hau. Ref. S.
p. 630. 638.

II.
Gallionis
Persona [1]
Nomen.

§. 2. Circa Gallionis hujus *Personam* & in specie (1) *nomen* obiter notamus, id non esse *ex nativitate*, sed *adoptione*. *Natura* enim fuit ex *Annæa* Gente *Hispaniense* & *Equestri* Familia, *Novatus* dictus; *Patre* *Seneca* Seniore, *Rhetore* s. *Declamatore*, & *Elbia matre* s. *Helvia*; *Frater* natu major *Senecæ junioris* *Philosophi* & *Tragœdi*, *epp.* & *Moral. Scriptoris*, & *Melæ* (ex quo filius *Lucanus*) ut ex *inscriptionibus* *Controversiarum* liquet: *Hinc docti Senecæ ter numeranda domus*: apud *Martial.* *Hic Novatus* autem mox *nomen* suum mutavit, & in *Junii Gallionis* familiam transit, ab eodem adoptatus, posteaque *Junius Annaeus Gallion* audit. *Inclaruit Gallion Senior*, *Gallionis* nostri *Parens*, puta *adoptivus*, iisdem studiis, quo *naturalis*, *Seneca* sc. *Senior*, eaque de causa potissimum huic *noster* dicitur

tur; An & propter adoptionem? dubitare quis posset: Levia enim sunt quæ hanc in rem e nominibus *Novatus* & *Noster* colliguntur. Illud a veritate plane alienum est, *Gallionem Senio-rem*, fuisse *Proconsulem Achaia*, non juniorem; Cum tamen hic Pauli *σὺν χροῦ* fuerit, non ille; Hunc intelligit in ep. 104. *Illud mihi*, inquam, in ore erat *Domini mei Gallionis*, qui cum in *Achaia* febrim habere cepisset, protinus navem ascendit, clamitans non corporis esse sed loci, morbum *Domini* eum vocat, ut fratrem natum majorem, & quia honores gessit. Æque falsum *Juniorem Gallionem Senecæ junioris* fuisse affinem, aut fratrem minorem, ut taceam alia, quæ nisi lectio fefellit, in discursu *Lorini* desiderari possent. Est hoc nomen origine græcum *Γαλλίων*, germanice *Milchmaul* a lacteo candore, ut *Pasor* vult, unde & Gallos dictos esse plerumque statuunt. Ingenium quod (2) concernit, laudat id *Papinius* in *Genethliaco Lucani*, & dulcem generasse *Gallionem*; fuit enim (2) ingenium. *facetus* & *comis*; *Suavis*que moribus, nec remisso, aut fracto, *sed fortimagnoque animo*: Integritatem & adulationis odium in *Seneca* graphice depingit. *Ὀνομαδεσίαν* igitur s. nominis impositionem non vanam dices, & fortuitam; Sed talem quæ vitæ & ingenii dotibus responderit: At aliter sentire nos docet causa *Pauli* inter & *Judæos*, ubi non lacteum candorem, sed puerilem s. pueriliter affectatam simplicitatem; non animum fortem & magnum, sed lactimulgum, arguit.

Dele. in Sen.
2. proleg. c.
3. Lorin.
Comm. ad.
locum nostrum. Li-
psius de vit.
Senec. c. 2.

(2) ingenium.
Papin. l. 2.
sylv.
Dele. 2. prol.
in Sen.

Senec. in pro-
cem. l. 4. qq.
nat.

§. 3. Pergimus ad *Personæ Officium* quod *Pro-Consulatus* III
Rom. late descriptus, a *Fenestalla Pomponio Lato*, *Carol. Sigonio*, *Personæ offi-*
Paulo Manucio, & aliis qui de *Magistratibus*, & *jure* & *legibus Rom.* *cium. Autho-*
scripserunt; ut *Dion*, & ex eo *Epitimator* ejus *Xiphilinus*, *Rostinus*, qui *res varii.*
prolixè de Procons. cum nomine, tum munere. It. *Imperator tit. XVI.*
& *XIIX. cit. a Lorin.* & *Cornel. a Lap. Comm. ad locum nostrum, v. Col-*
leg. Argentor. ad ff. l. c. Nos cum ubi ubi licebit, breves esse, cogamur
paucis attingemus (1) *Appellationem*: Regebant primum *provincias*
Pratores & *graviore urgente bello, consules*; qui *prorogato Imperio* [1] *appellatio*
si remanerent, appellabantur Propratores & *Proconsules*: tandem or- *Lorin. ad*
dinarium munus fuit Proconsulis cum consulari dignitate: & *lictoribus* *Act. XIII. 7.*
duodecim, & *generali nomine Præses* dicebatur, vel *Præfectus*, etiam qui *quibus e su-*
pra cc, lux af-
pre- fundenda erit.

B

pre- fundenda erit.

præerat consulari provincia, non tantum qui prætoria: pro voluntate enim Senatus eadem modo prætoria, modo consularis erat, h. e. nunc a Præto, nunc a Consule, sive a Propræto, vel a Proconsule administrabatur, aut etiam cum jure sive Prætorio, sive consulari, etiamsi is qui præesset nec Prætor, nec Consul antea fuisset, (2) Amplitudinem, fuit ea latissima αὐτοκράτορικὴ καὶ αὐτοτελής ἐξουσία, plenissima jurisdictio omnium partes, qui Roma vel quasi Magistratus, vel extra ordinem jus dicunt complectens: Dividebatur ratione temporum belli pacisve, velut alii malunt, æstatis aut Hiemis, in Imperium militare; & Prætoriam Potestatem: de illo dicere nil attinet; Hæc fuerat (1) ratione subiecti in quo, & formæ juxta quam, non absoluta & independens; sed delegata, restricta ad certam normam τὰ νομοισμένα scil. vel Leges ab Imperatoribus, Coss. Tribunis, SC. latæ & demandatæ, vel edicta tam ex urbanis provincialibusve translatitia, quam noviter sub ingressum Proconsulis publice promulgata: fuit quidem summa & perfectissima potestas; sed comparative non eminenter. (2) ratione objecti civilis vel Ecclesiastica, ideo enim Sacerdotibus inangurati, ut omnes religiones & sacrificia in suis habeant manibus. quod infra probandum hic præsupponimus. (3) ratione loci ubi potestas hæc exercebatur vel publica & solennis ἐπὶ τῷ βήμα in basilica atque Tribunali, Scribis, Accensis, Prætoribus, licentibus apparentibus; vel privata & domestica, intra Prætorium administrante & admittente cubiculario: Illa non in uno eodemque loco semper exercebatur; Solebant enim Præsides Romani vel domi in Prætorio, vel quocunque loco opportunum videbatur judicare & eo sibi tribunal afferre curare. unde patet, id quod Lorinus dicit: τὸ βήμα erat more Romæ, in domus atrio interiore ac secretiore loco, quæ dicebatur græce αὐλή, & e Latinis sumpta voce πραιτώριον, simpliciter admitti non posse. (4) ratione actus quibus hæc Potestas absolvebatur, fuit vel cognoscitiva, notionem vocant Jure C. vel decisiva, certi aliquid de re controversa statuens; vel executiva, qua executioni datur id quod statutum est (3) Originem fere jam indicavimus; Habuit hanc suam Potestatem primum a Consule Romano cujus vices gerebat, deinde ab Imperatore, apud quos hæc Potestas proprie & radicaliter ut ita dicam, tanquam penes summam Potestatem resedit; Loquimur autem de

Pote

Amplitudo

I. 7. ff. de off.

Proc. v. Dion.

H. R. l. LIII.

Xiphilin. in

Cæs. Aug.

Dion. & Xi-

phil. ll. cc. v.

§. 21. Lorin,

ad Act. 18, 4.

vid. Harm.

Chem. Lys.

Gerh. T. II.

p. 1924. 1925.

(3)

Origo.

*Potestatis hujus competentia nuda, non competentia exercita seu com-
petentia exercitio; hoc enim aliis delegabile; non item illa. Hu-
jus competentia origo in Mag. Pol. est juris gentium: Quan-
tum enim circa cultum divinum vi patria & economica potestatis pa-
terfamilias in sua familia potest, tantum jure gentium potest princeps in
suo territorio (abstracta sc. qualitate cultus divini) quia omnes potesta-
tes inferiores in ipso sunt modo eminenti. Sic Jerobeam acquisito jure
territorii, illico disponebat de cultu divino publico, quoad locum, perso-
nas, & qualitatem. Et quamquam impie ageret, adeoque etiam illicite cir-
ca mutationem qualitatis, quia qualitas a Deo determinata illique satis
nota erat: Extrinsecè tamen dispositionis facultate usus est, ex jure sta-
tus sui, quod jus est species juris gentium ad conservandam societatem
civilem eamque a dissipatione tuendam: Sic Achaz Rex Juda, Rex Ninive,
Nebucadnezar, Belsazer, Darius alique, jure Gentium disposuerunt de cir-
cumstantiis, modo loco tempore cultus illius, quem pro divino habebant.
Hac de causa forsitan cum Augusto Successores ejus jure quidem suo
repetiere, quod alii in alios transtulerant; Susceperunt Pontifi-
catum Maximum & cum eo ἀπάντων τῶν ἱερῶν ἡγεμονίαν, vel ut Ju-
stiniani stylo utar, θεῶν νόμων παραφυλακὴν: quod factum Cicero lau-
dat: nihil praeclarior, inquit, quam quod vos eosdem & religionibus
immortalium, & summæ Reip. præesse voluerunt, ut amplissimi & cla-
rissimi cives Rempubl. bene gerendo religiones sapienter interpretan-
do, conservarent. Hinc apud Platonem οἱ τόποι περὶ θεολογίας.*

§. 4. Dicitur autem Gallion noster Achajæ Proconsul, de qua
paucissimis audiatur Luc. Loffius: Achajæ duplex est, universalis re-
gio sc. totius Peloponnesi inclusa ab ortu Sycionia, a meridie, Arcadia &
Elide, ab occasu mari a Borea. sinu Corinthiaco complectens suo ambitu
regiones Atticam seu Graciam, Beotiam seu Phocidem, Locrum, Æto-
liam, Corinthiam & Achajam propria sic appellatam. Generalem Achajam
puto hic Evangelistam significare, quod totius Peloponnesi Gallio
Proconsul fuerit: Fuit autem Corinthus in Achajæ speciali seu minori si-
ta, quæ pars etiam Corinthia dicta est, de qua & Paulus 2. Cor. IX. loqui-
tur capite v. XI. de universali inquit: Est veritas Christi in me, quod
hec gloriatio non interrumpetur contra me in regionibus Achajæ: Et,
quem, singularis observantia causa nomino, Amplissimus Dn. D.
Wagnerus, Cancellarius Illustris Eberhardina dignissimus, Hospes ante

v. Plin. I. x.
ep. 73.
D. Hulfem,
Brev. ext. p.
406.

1. Reg. XII.
seqq.

2. Reg. XVI.
10.
Ion. III. 6.
Dan. II. 46.
III. 29. VI.

26.
Rosin. Antiq.
p. lib. III. c.
XXII. p. 493.
A. Cic. orat.
pro Dom.
Plato l. 3. Po-
litic. IV.
Residentia
locus.

Conf. e Pau-
san. in vesti-
bulo Achai-
corum quæ-
dam apud
Schock. de
fato Reip.
Achæorum
& Veientiū.
Casp. Sani-
ctius & Luc.
Loff. h. l.
Dn. D. Wa-
gner. Brev.
Geogr. p. 86.

Pausan. l. 7.
Lorin. h. 1.
v. Schoock.
l. supra cit.

not.
Gallionismi
1. Subjectum.
vid. Myster.
Synchr. dete.
cti Dn. D.
Dannh. p. 33.
Politicus
Sceler. im-
pugn. præf.
it. p. 1. &
seqq.
Machiav. l. 2.
c. 22.
Augustin.
C. D. 5. c. 14.
Arist. Eud.
in f. cit. H.
Gr. de imp.
summ. pot.
p. 8. 9.
AdamContz.
l. 2. Pol. c. 14.
Stapletonus.

plures annos, Fautor, Promotor ab ineunte ætate pie suspicien-
dus, Romani universam Græciam diviserunt in Macedoniam sub qua
cum Macedonia ipsa Epirus & Thessalia; ut & in Achaiam, sub qua
Græcia proprie dicta; Peloponnesus & Insule circumjacentes. e Pau-
sanias refert Lorinus: Vocatos a Romanis non Græcia sed Achaia
Præsides, quod Græcos subjecissent per Achaos, qui tunc Præsides erant:
Locus Residentiæ specialis fuit Corinthus, de qua Commentatores
in epp. ad Cor. scriptas. Urbs sc. & virtutibus & vitiis decantatissima.

§. 5. Hæc ea, qua fieri potuit, brevitate ex Historiis addu-
cenda videbantur, ad textus & Historiæ dilucidationem, instituto
tamen nostro non inconvenienter: Præbent enim (1) Gallionismi
subjectum, & ubi potissimum hoc monstrum deprehendatur nim. in a-
nimis Pseudo-Politicorum quorundam; Ita enim dici merentur
non Politici, qui honestissimus titulus improbitate multorum jam
olim fuerit infamatus. Si Politicus is demum dicendus, non
qui in Rep. ad bonorum & dignitatis culmen, divitiarum ingentes the-
sauros, Regum denique & Principum gratiam adspirant, ut vult Po-
liticus sceleratus in compendio Pol. novo. Sed qui veram Reip felici-
tatem pro scopo habet; Et si vel ipso Machiavello teste, religio unum
è precipuis adminiculis, quibus imperia & regnorum potestas stabili-
tur, quibusque Populi obedientia, Legibus obtemperatio, observantia
Magistratus, & humane societatis, communitatisque commercium
crescit. Hæc vera civitatis felicitas, inquit Augustinus, ut Dei sit amans
& amata Deo, illum sibi regem, se illius populum agnoscat: It. Tum
demum felices dicendi reges, si suam potestatem ad Dei cultum maxi-
me dilatandum Majestati ejus famulam faciunt. Philosopho, ea opti-
ma vivendi ratio, qua ad Deum considerandum maxime facit, ea vero
pessima qua a considerando colendoq; Deo avocet: Quo jure igitur Po-
litici dicendi, qui veræ, si non omnis, religionis incurii & ignari? Me-
rito de his AdamContzen. conqueritur: Athei qui Remp. administrant,
politicos se nominari gaudent, falso omnino nomine. Stapletonus in o-
rat. Acad. An Politici horum temporum in numero Christianorum sint haben-
di? eos ita describit; Politici sunt qui rei privatae & publicae curam,
religioni anteponunt, adeoque religionem ipsam nullo loco ducunt, atq; huic
perspicuae impietati notitiæ & prudentiæ civilis honestissimam vestem
imponunt, ut Politici dicantur, qui Athei sunt. Omnium pessime alii

Po-

Politicum dicunt, quem malefactorum non poenitet. Quamvis igitur è seculi vitio aliter loqui licuisset, nolimus tamen a nativa vocis significatione recedere, ne omnes hoc stigmate notare videamur: Interim satius foret sine dubio imitari Catonem, qui esse, quam dici bonus malebat. *Pseudo-politicorum dixi*, non exclusive, sed præcipue; Alios enim status æque hoc malum occupasse, experientia pro dolor! indies magis magisque edocet: Non, unum nec unius generis Gallionismum *Hod. Pap.* ostendit. In statu tam Ecclesiastico, quam Politico, *Gualtherus* deprehendit. Eundem in œconomico tepor & torpor quoad exercitium pietatis satis arguit. Per omnes autem tres status excurrere, foret modum disputationis excedere, proinde brevitatis studio hic loci consideratio tantum instituitur, quæ in Statu Politico serpit. Manet igitur Gallionismus *Pseudo-Politicorum, ars nova*, i. e. innovata & noviter reproducta, semper enim *μυριοτεχνίτης* eandem revocavit, maxime tribus seculis ante *Constantinum*, tribus itidem ante *B. Lutherum*, ubi tenebris errorum magis magisque ingruentibus, *Josephus* in foro dormire, *Maria* in choro somnare cepit: Nec defugiunt hoc nomen qui in Syncretismi patrocinium semel jurarunt longa serie enumerati a *D. Dieft.* Elucet hinc quoque (2) *Ingenium, vita, & mores istorum hominum*, quod non sint rudes & agrestes, quorum consilia vanitate diffluant; sed ingenio acutissimi, vita candidissimi, conversatione suavissimi, viri pacifici, de pace & utilitate Reipubl. maxime solliciti; hinc vix aliquid frustra moliantur, sed actionum eventus sortiuntur felicissimos, ut in progressu patefiet, nunc redeundum ad Textum & Historiam.

§. 6. Occurrit autem *Proconsulatus Exercitium* & in eo (1) quidem *causa impulsiva* quæ Gallionem movit ad juris exercitium, de qua textus *Γαλλίων* δὲ ἀνθυπατεύοντι, τῆς Ἀγαίας κατῆ- πύευσαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Πάულῳ καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἔθνος, λέγοντες: ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἀναπέειψέ σε ἄνθρωπος σέβειν τὸν Θεόν: Tria hic attendenda. (1) *ἀφορμὴ seu occasio a Judæis arrepta.* (2) *Modus procedendi violentus.* (3) *Accusationis causa, sive summa.* *Occasio fuit Πάυλ* διαμαρτυρούμεν τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν, Ἰησοῦν v. 5. vel ut v. 28. habet: εὐτόμως τοῖς Ἰουδαίοις διακαταλεγχόμεν δημοσίᾳ ἐπιδεικνύς διὰ τῶν γραφῶν εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. h. e. *Paulus testificans constanter, magnaque*

D. D. Dan-
hauer. H. P.
dedic. x. 6.
Rud. Gual-
ther. in Act.
Hom. 122.

D. D. Dan-
hauer. Me-
mor. Ev. p.
98. Dieft.
Differt. Item.
p. 163. vid.
Melletii me-
dium novum
ib. cit.
2. Subjecti
ingenium.
conf. D. Hut-
eri Iren. ve-
re Christia-
num. p. 7.

V.

Proconsula-
tus exerci-
tium (1)
Causa im-
pulsiva.
verb. text.
1. Occasio.
Act. XIX.
v. 5. conf. v.
28. Concio
Paulina
not.

^a
Materia. Bald
comm. ad I.
Cor. II. v. 2.
methatefis.
Bez. not.
marg. h. l. fol.
260. Glasfii
Phil. S. tr. c.
4. n. 3. p. 181. i.
ta Erasm.
Schmid. ad
Act. XIX.

animi contentione publice Judæos redarguens, firmissimis rationibus, ex Scriptura S. deductis ostendens Jesum Nazarenum esse Messiam Patribus olim promissum. Hæc materia fuit & summa Concionum omnium, quas habuit Apost. Corinthi, ut ipse testatur; Non judicavi, inquit, me scire aliquid inter vos nisi J. C. & hunc crucifixum sc. ut objectum doctrinæ meæ non adæquatum sed primum. Agnoscimus hic quoad verba textus cum Beza & D. Glasfio methatefin terminorum, subjecti & prædicati, viris Θεοπνεύσις familiarissimam, ita ut pro εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν legendum sit, τὸν Ἰησοῦν, εἶναι τὸν Χριστὸν: nil movet articulus: Dudum enim a Nostratibus demonstratum est, hanc observationem non esse universalem: *Etsi enim τὸ τὸν hic annexitur τῷ Χριστῷ, tamen commodius τὸ Ἰησοῦν ut subjectum accipitur, τὸ Χριστὸν autem prædicatum; &*

^{s.}
Job. XX. Syr.
Interp. ap.
Lorinum. & B. Luth.
in versione germanica.

τὸ τὸν hic non tam articulus proprie est, quam articulus pro demonstrativo, aut quodammodo relativo ἐκείνου usurpatus, tametsi termini convertibiles articulum in utrovis membro admittant. Talis locutio habetur Joh. XX. Hæc autem scripta sunt ut credatis ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Idem observarunt Syrus Interp. ap. Lorinum. & B. Luth. in versione germanica. Unde erweistete daß Jesus der Christ sey.

^b
momentum.
Form. Conci-
on. p. 609
conf. Gerh.
LL. L. de
Perf. & off.
Christi §. 3.
p. 3986. Matt.
XI. 3. Joh.
VII. 26. Marc.
XVI. 5.

§. 7. Sua luce hinc radiat momentum, Dignitas & sublimitas concionis Pauline, utp. quæ concepta de totius Scripturæ centro, omnium Prophetarum τέλω σκοπιμῶν, veræ salutis fundamento unico: Formula Concordiæ, cum gravissimum hunc fidei articulum de persona & officio Filii DEI proposuisset, tandem concludit: *Hoc post illud Trinitatis summum est Mystrium, ut Ap. testatur, in quo solo tota nostra consolatio, vita & salus posita est. Duo igitur D. Paulo necessitatem quasi imposuerunt, hanc potissimum doctrinam præ aliis explicandi; primum utilitas materie & necessitas; deinde vero temporum perversitas; e mediocri enim Hystoriæ Eccl. inspectione palam erit, sub initium Novi fœderis hanc controversiam neminem non exercuisse.*

^c
Forma Inter-
na. Erasm.
Schmid. ad
Act. XIX. 5.

§. 8. Apparatus seu forma concionis Pauline, alia dici potest, interna, alia externa. Interna fuit Θεόπνευσις anima verbi divini, tam ore tenus annuntiati, quam in literas redacti: Cui accessit συνοχή τῷ πνεύματι, quæ licet vi vocis animi angerem: Camerario animi incitati vehementiam: Beza præ Zeli ardore, æstum dicat

Φορὰν

Φορὰν tamen Sp. S. quin excludat tantum abest, ut eandem tan-
 quam causam vel maxime præsupponat: hinc συνέχετο τῷ πνεύμα-
 τι idem apud profanos quod Θεοφορέμεν ᾤη; Et Plato virum di-
 vinitus afflatum vocat ἐπίπνον ὄντα καὶ κατεχόμενον ἐκ θεῶ. Sensus
 igitur erit: Paulus ardentiore Zelo ac fervore accensus est, per Sp. S. im-
 pellentem ac confirmantem eum per vocem sive exhortationem Silæ &
 Timothei. Formam externam quod attinet, certum est Apostolum
 non frigide & perfunctorie hæc docuisse, sed multis argumentis è
 collatione scripturarum deductis validissime confirmasse, ita ut Judæos
 omnes qui infensissimi Iesu Christi hostes erant plane confunderet & sua-
 rum in religione rerum incertos faceret: Satis aperte hoc evincunt
 verba textus ἐμφατικώτατα paucis a nobis stringenda: v. 5. dicitur,
 Διαμαρτυρόμεν ᾤη: Διαμαρτύρομαι autem non tantum significat,
 testimonium perhibeo, verum etiam contestor obtestor; &
 usurpatur cum quid magna cum emphasi proponitur: Apud
 Demosth. conjungitur Διαμαρτύρομαι καὶ βοῶ; sed plus illud subin-
 fert, sc. testibus quasi adhibitis inclamo & contestor. Importat igitur
 hæc vox ἔλεγχον καὶ παρρησίαν, efficacem probationem, & liberam ora-
 tionem, cum interminatione, obtestatione, expostulatione gravissima. In-
 star Commentarii esse poterunt verba textus v. 28. utpote qui
 Emphasin hujus vocis singularem, pluribus circumscribit; εὐτό-
 νως διακατηλέγχετο, h. e. omnibus nervis, intense, acriter, summo studio
 intenta ac sonora voce, audacter (non tantum disputans erat vel disce-
 ptabat, ut Syrus reddidit, sed) argumentis ex principiis ipsorummet ad-
 versariorum deductis revincebat & constringebat: Idque publice, in
 Synagoga, ut solebat, loco publico, coram omni populo. Placet
 quod ad hanc vocem notat Lorin. è Beda: Beda in græco, inquit, ita
 scriptum est, publice & per domos, quod est optimi Doctoris, ita docere
 multos generaliter, ut & singulos viriliter exhortari non desistat; Nul-
 lum codicem reperi qui hoc modo legat, non dubitò tamen quin duas il-
 las optimi Doctoris partes Apollo executus sit. Ut autem Paulus dici-
 tur testibus quasi adhibitis Christum prædicasse, ita hic clarius
 ejus συνεργός dicitur ἐπιδεικνύς διὰ τῶν γραφῶν; testes igitur fuere
 Moses & Prophetæ; τὸ Δεικνύειν plerumque notat corporalem
 ostensionem Matth. 11X. 4. Marc. XIV. 15. Luc. XXII. 12. Job 11. 8. talem
 quæ accuratam alicujus rei contemplationem requirit, Marc. I.

Pafor. Lex.
 ad hanc vo-
 cem.

Sensus v. 5.
 v. Loff. an-
 not. ad h. l.
 externa.

D. Brent. in
 Act. Hom.

XVI.

Text. orig.

Διαμαρτυ-
ρόμεν ᾤη.

Ind. Baldui
 Repert. Phi-

lol. Græc. Bal-
 duin. ad 2.

Tim. IV. 1.

Lorin. ad Act.

II. 40. XIII.

5. v. 28.

εὐτόνως

διακατη-

λέγχετο.

Lorin. ad h.

l. comm.

Syr. interp.

δημοσία

Act. XIII.

4.

Lorin. l. c.

e Beda. vid.

Act. XIII. 3. 8.

ἐπιδεικνύς.

v. D. Brent.

loc. jam cit.

Harm. Che-

mnit. Lys.

Gerh. T. II.

p. 1269. &

p. 2170.



T. I. p. 942.
& p. 945.

44. Luc. V. 14. conf. Gal. III. 1. & Matth. XVI. 21. ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεῖν λέγειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. h. e. quæ ante obscurius & quasi ænigmatically edocuit Job. II. 10. III. 14. VI. 15. Matt. XII. 10. XVI. 4. ea nunc magna animi παρρησία & palam loquitur, & ita diserte singula prædicat, ut quasi oculis objecta monstrantur. Quamvis igitur conciones Paulinæ Corinthiis habitæ totidem literis consignatæ non extent, quod fieri neque possibile semper, nec necessarium, verba tamen Historici Enthæati, & Studium Paulinum, adde quoque adiutoris, de Zelo & fervore ejus satis testantur.

Joh. XX. 30.
31. XXI. 25.

not. (1)

§. 9. Plurima hic sunt quæ ad scopum nostrum collineare videntur, delibanda tamen potius, quam fufius pertractanda. (1) quidem pie grati miramur indefessam Providi Numinis curam, quæ militanti in his terris Ecclesiæ, novos subinde promachos suscitavit, ne hostium furoribus tandem succumberet: Nihil enim magis, ut tempore Pauli, ita hodiernum periclitatur, quam fides Christiana, habuit tamen per DEI gratiam, imo habet

vid. Dn. D.
Dannh. Pa-
neg. Vran.
p. 78. & seqq.

& habebit ad finem usque mundi defensores acerrimos; Hinc ἰεραρχία vel potius ἰεραρχία Ecclesiastica merito audit exercitus immortalis. (2) Rimamur vel potius intuemur fidelis DEI Servi Ideam, sunt hi plerumque (1) sorte & conditione abjectissimi, coram mundo viles & contempti, unde evenire solet, ut nemo facile officium Ecclesiasticum ambiat, nisi ad alia munia, aut natura aut fortuna viam occluserit.

Für Zeiten im Pabstumb/ita gravissime pariter ac verissime Wilhelm. Sarcer. In Pasto-
rali p. 2. War es die erste Sorge / wann Gott einem einen Sohn bescherte / wie man diesen
möchte Gott zu Ehren wieder auff opfern und zum Kirchendienst bringen; und das geschach
zu den Zeiten / da man die Kinder hierdurch gemeinlich / nicht dem rechten und wahren
Gott / sondern vielmehr dem Moloch zum Dienst des Antichrists aufopferete: Nun aber da
man weiß / durch die rechte Erkantnuß des Evangelii / daß wan die Kinder zum Kirchenampt
gezogen und erhalten / dem wahren und lebendigen Gott aufgeopfert / darge stellt werden /
will niemand seine Kinder Gott zu Ehren und Dienst übergeben: diesen zeitlichen Urath
stifften beydes die Verachtung und Armut der Kirchendiener; welche zu diesen Zeiten / in so
grosser Zerrüttung aller guten Sitten / in keinem Ansehen seyn / und offtermahlen des lieben
Brodts nicht genug zu essen haben / ja auch ihrer etliche das Wasser / so sie trincken / umb
Geld kauffen müssen / wie ich das wohl wuste Exempel einzuführen. Wehe aber denen / so
durch diese ihre Verachtung und Undanckbarkeit beydes den Eltern und Kindern Ursach
geben / daß sie ihren Dienst dem Reich Christi und dem Kirchenampt entziehen: doch sind
auch die Eltern und ihre Kinder hiemit nicht entschuldiget / daß sie ihren Vortheil und
eigenen Nutzen höher und grösser achten / dann Gottes Ehr / und gemeine Christliche
Wohlfarth.

Co-

Comes igitur huic statui perpetuus, odium & contemptus: Crescit mundi malitia, gladii spiritus, Elenchi & Epanorthosis impatiens; Hereticorum πανουργία seu versuta simplicioribus imponens; Auditorum ignavia ad clarissimam verbi divini lucem coecutiens, quibus contraveniendum, fortiterque resistendum. Hincque (2) sint pietate & eruditione potentissimi, λόγω καὶ ἔργω, doctrina & exemplo: pietate diximus: Est enim tantum lucere vanum, tantum ardere parum; ardere & lucere perfectum: Ideo luceamus, ut ardeamus; non ardeamus, ut luceamus, deinde eruditione ut habeant ἰκανότητα, non tantum dispositivam, quam ἐπιηδείσητα idoneitatem primam, inchoatam appellare possumus, & communis est omnibus fidelibus, tanquam e dono creationis profecta; Sed & ἰκανότητα secundam, perfectam, & habituaalem, activam, prophetiae donum, quo priorem honorat Sp. S. talento sc. varie distributo κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τῆς Χρησῆ, non quidem immediate infusum, ut in prima Ecclesia; ordinario tamen studio, γυμνασία orationis, meditationis & tentationis, acqvirendum: ut fiat homo Judex spiritualis, & sit διακηνικός h. e. δυνατὸς τῆς ἀντιλέγουσας ἐλεγχεν, idque ἀπολόουως, praecise, nervose, accurate; ἀνίσχόμενος τῆ πεισῆ λόγῳ, γεγυμνασμένος πρὸς διάκρισιν καλῆ τε καὶ κακῆ; ad ruborem adversarii usque; conscientiae convictionem & ἀποκατάκρισιν, si non ad victoriam, tamen gradus ad victoriam obtentionem. Juncta pietate & eruditione surgit aliud Ministrorum verbi ornamentum, Parrhesia sc. & oris libertas ne sint canes muti, θέλουσες ἐν προσωπήσας ἐν σαρκὶ & gratiarum aucupes; sed morum censores gravissimi, veritatis coelestis defensores acerrimi, qui lupum infernalem, & cum eo lupescences, tempestive satis prodant, spe neque praemii, metu neque mali, spirituaalem malitiam & bellum hocce pennigerum deprecantur, sed tam publice quam privatim cacodoxos fugere & fugare doceant.

Egregie hac de re, Harmon. Chemn. Lys. Gerhardiana ad Joh. VI. 52. Quid e. Christus num propter Judaeorum rixas & contentiones genas doctrinae mutat? minime vero. Sed is qui alias suorū infirmitates ferre novit, hic pertinacibus non cedit, verum eo fortius, sinceram & salutarem doctrinam urget atque inculcat. Atque hoc ipso verbi ministros docet, ne cedant proterviae adversariorum, neve in ipsorum gratiam quicquā in doctrina veritatis immutent: Inveniuntur enim qui sibi probe sapere videtur, & se valde multos lucrifacere posse autumant, si cothurnos fingant, & ambiguis locutionibus, utriq; parti sese accommodare conentur. Sed experientia docuit, tales fere novis iisque acerbioribus, contentionibus ansam

C

pra-

præbere. Longe aliter Christus, qui cum salutis doctrinam satis luculenter tradidisset, & Iudæos ea partim offendi, partim contra eam murmurare, partim etiam propter eam litigare audiret; non tamen quicquam mutat, sed sanā doctrinam constantius urget. Idque facit in Synagoga docens: ut sic doceat hanc doctrinam omnes concernere, siquidem absque eius cognitione hominum salus non constet. Voluit etiam re ipsa comprobare, sese hæc proponendo non esse ex impostorum numero, qui domos penetrant, & captivas ducunt mulierculas. 2. Tim. 3. 6. aut imperitos suis sophismatis irretiunt, ut seducantur. Hæc p. 865. b. T. r.

Exempl. è dec. 8. cōsil. Bidenb. cit. D. D. Danhau. Theol. Conf. p. 1058. 2. Modus procedendi violentus. Eph. II. 2. 1. Cor. I. 23. Lorin. h. 1. Erasmus Schmid. ad Luc. XXIV. 4.

Gallionismum igitur sapit Controversiarum de fide & religione contemptus & odium; Elenchi Nominalis, & Epanorthosis Personalis, sive ob boni alicujus consecutionem, sive mali evitacionem exterminium & proscriptio.

§. 10. Fuit studium Paulinum. Sed quid ad hoc Judæi? moti sunt sine dubio? Ita sane est, moti sunt, imo commoti, licet non ad seqvendum: Doctorem salutis illorum cupidissimum, tamen ad perseqvendum: *Manet spiritus mendacii efficax ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπηνείας, manet Christus crucifixus, Judæis scandalum, Græcis autem stultitia*; Hinc paratissimum D. Ap. pro labore præmium (1) κατέπεσσαν τῷ Παύλῳ (2) ὁμοθυμαδὸν (3) ἤγαγον ἐπὶ τὸ βῆμα. Quæ ad vocem κατέπεσσαν notat Lorin. (violentiā indicat hoc verbum, & ab ingente multitudine, non tam deductum ad Tribunal Paulum, quam pertrahunt) non rejicimus, nec tamen omnem vocis emphasin exhaurire videntur; τὸ ἐπίσημι enim alias significat in sto, supervenio, asto, Luc. XXIV. 4. quem *Erasm. Schmid.* ita παραφράζει: ἐπίσησαν ἀυαῖς i. e. ita subito apparuerunt, ut non accedere, sed jâ momento sedentes viderentur; ea enim est verbi ἐφισάνασ significatio: Act. xii. 7. Petro Angelus Domini ἐπέση dormienti Act. IV. 1. Pet. & Johanne loquentibus in τῆπλο nec animadvertentibus ἐπέσησαν οἱ ἐπεσαλιμένοι ἀπὸ τῶ Κορνουλίου; b. l. ergo cū nec corpus Domini invenirent, nec quemquam aliū viderent cōsternatis ipsis subito adesse visi sunt duo viri & c. quod autem hic non dicatur συνεπέσησαν, sed addita præpositione κατὰ, & voce ὁμοθυμαδὸν eo magis significatio intenditur: omnia assecutus est *B. Luch.* dum reddidit Da empöreten sich die Jüden. Plerumq; enim ejusmodi tumultus non tantum violenti sunt, sed & inopinati. Ast parum hoc; ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα: Cur? commodius paulo infra dicetur: Est autem βῆμα in genere locus editior vel sublimior in quem ascendere solent, Oratores vel Judices. Originem enim ducit a βαίνω incedo, ascen-

2. Maccab. XIII. 26. Nehem II. 6. Est. IX. 42.

ascendo : Meminit B. Gerbardus, Moris fuisse apud Romanos ju- vid. Harm. Chemnic. Lys. Gerh. T. II. p. 1924. 1925.
dices officium suum exercere cupientes sedere pro tribunali, ut
monerentur animo sedato & ab affectuum motibus libero ad judicia
accedendum, eaque sancte & cum reverentia quadam erga Deum er-
ga Homines exercenda esse. Dicitur alias ἕνμα τῆς Καῖσαρος & quia
Præsides Romani loco Caesaris iudicium exercebant. Communiter
Interp. dubium hic movere solent; an processus Judæorum stare pos-
sit cum promissione divina nemo adorietur te, ut affligat te, & respon-
dent: Promisisse Deum, non quod tribulationem non sit passurus;
sed quod ex multis sit evasurus: non quod adversarii nihil sint co-
naturi; sed quod ipso præsente & protegente conatus eorum irriti
sint futuri: Non mali, sed damni ineventualitatem: Fiunt enim
promissiones corporales cum conditione gloriæ Dei, utilitatis pro-
ximi & Ecclesiæ.

§. II. Sequitur accusationis caput, seu summa, ὅτι παρὰ τὸν νό- 3. accusatio-
μον ἀναπέθει δὲ τῆς ἀνθρώπου σέβειν τὸν Θεὸν: quia contra nis caput.
legem hic persuadet hominibus colere Deum. τὸ ὅτι, quamvis alias, ut ὅτι
reliquæ particulæ encliticæ, non tam ad pondus, quam elegantiam
sententiæ interseratur; hic tamen non πλεονάζει, sed est sensus com-
pletivum, arguens, vel de moti tumultus causa, Judæorum præoccu-
pationem; vel de criminis objecti specificatione, Proconsulis quæ-
stionem, ἡ. ἢ ὀριστολογικῶς; illo ἢ αἰτιολογικῶς interpretandum e-
rit, qui sensus simplicior textuique convenientior esse videtur. q. d. Ne
mireris iudex æquissime quod tanto comitatu hunc hominem protra-
xerimus ad tribunal, coacti enim sumus ad hoc, quia deprehendimus
hunc hominem, seducere populum & contra legem persuadere homi-
nibus colere Deum: Omisit hanc Voculam in sua versione B. Lutherus,
sine dubio, quod Θεοπνεύτων Exegeta quam Paraphrastes esse ma-
luerit. Accusatur autem Paulus violata legis Rom. an Judæorum?
quæstio est: Lorin. quia Gallion respondet de lege Judæorum hinc
colligit, non esse Paulo objectum crimen de legibus Rom. sed Judæorum,
nec curæ fuisse Judæis leges Rom. de religione. Consentit Calvin:
Quæritur legemne Mosis an ritus Imp. R. usitatos designent? quia hoc
posterius frigidum mihi videtur & coactum, illud amplector: Pau-
lum hoc crimine gravasse, quid cultum divinitus in lege divina præscri-
ptum violaret, idque novitatis exprobranda consilio. Inclinat huc quoque
Erasm.

Erasmus
Schmid.
C. a Lap.

Rud. Gualt.

nostra sententia

Hist. Schol.
in act. c. 87.
Jof. I. 19. An-
tiq. c. 4.

Act. XVII. 5.
6.7.

Joh. XIX. 12.

Erasm. Schmid. addidit enim in interpretatione nova contra legem nostram perſvadet. *Corn. a Lap.* existimat accusari Paulum violatæ legis, tum Judæorum, quæ colit unum solum DEVM incorporeum; tum Romm. quæ vetat sine SC. novos inducere Deos. Hanc sententiam *Rud. Gualt.* amplectitur: Hic contra &c. sensus est: quod novos & legi DEI contrarios cultus invehat: Erat autem apud Romm. exosa omnis religionis innovatio, nec dubium est, quin crimen illud mirifice amplificarint, & Romm. quoque leges in medium ad-
duxerint, quod Philippis & Thessalonica ante factum esse audivimus. Quibus & nos subscribimus statuentes: Judæos accusasse Paulum violatæ legis cum Judæorum, moralis, uni Hebræorum Deo alium associando; ceremonialis, cultus Leviticis abrogando: tum Romm. quæ sancitum ne DEUS reciperetur nisi approbante Senatu: ut Judæorum religio salva esse deberet. Nec in aliam trahere nos potest ratio *Lorini*, quod Judæis curæ non fuerint leges Romm. de religione: Sit enim ita, quin tamen ad defensionem suæ causæ & criminis exaggerationem, quævis corradentes, & hoc addiderint, nulli dubitamus; Experientia enim edocti fuerant, Præsides Romm. parum honorifice de religione ipsorum sentire: unde necesse habuerunt, Paulum non solum violatæ legis Judæorum, sed & Rom. incusare, ut Proconsulem ad ferendam sententiam eo fortius adstringerent. Et ita sane factum est Thessalonica, ubi Judæi Zelantes traherent Jasonem ad principes civitatis, clamantes; quoniam hi qui orbem concitant & huc venerunt, quos suscepit Jason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Jesum. ad quem locum ipse *Lorin.* notat, quod hæc sit vetus accusatio in Christum ipsum intentata. Existimaverunt igitur vel ad minimum simulaverunt Judæi concionem Pauli de Jesu Christo esse quoque contra decreta & privilegia Cæsaris, proinde ejus vicarium de homine ejusmodi, non posse non poenas sumere gravissimas. *Dicis.* Cur Gallion igitur respondet de lege Judæorum, μη δε γρη de Rom. cogitante. Atqui mirum videri nobis non debet, in homine tam profano, quod Judæis hunc in modum illuserit: ne nihil diceret, aliquid dixit; at abigendo eos a tribunali omnem replicandi occasionem amputavit. An aliquid juxta hanc sententiam causæ Paulinæ bonitati decedat patebit ex seq. §. 13. Verbum *ἀνανεώσω*, quo utun-

utuntur significat *diversa ratione suadere*; forsitan etiam haud inepte redditur, *iterum persuadere*, ita ut Pauli in scelere perseverantiam indigitare velint: de voce *παρὰ τὸν νόμον* vide *Φιλολ. Glasfii*. exponi potest etiam per τὸ μὴ κατὰ quod multo latius patet, quam contra. Alienum igitur cultum intelligunt, tum *ratione objecti*, quoniam Jesum proponebat, ut Dei filium, ac proinde Deos multos; tum *ratione cultus*, quod legis ceremonias negligebat.

§. 12. Antequam hinc ad alia transitum faciamus, duæ nobis evolvendæ quæstiones: *Una de intentione Judæorum, & cur ejusmodi causam ad Proconsulis tribunal detulerint? Altera de accusationis veritate, an ea fundamentum habuerit in re? Ad priorem, notanter diximus, de intentione Judæorum: sine dubio enim & hic* *θεῖον τι* agnoscendum erit:

Dasß der damalige Religions Streit (ica Max. Ven. Dn. D. Præses in S.R. p. 629.) so zwischen Paulo und den Jüden zu Corintho erreget/sür diesen Heydnischen/unpartheischen/unpassionirten Käyserlichen Stadthalter gebracht worden/ist nicht ohngesehr und plumpsweiß geschehen/sintemahlen S. Paulus unter seinen Volk kein recht finden können/so hats Gott also gefüget/dasß dieser Heyd nach genugsamer Berhör/und satt eingenommener cognition der Sachen richten/schlichten/und durch das einige Mittel eines förmlichen Colloqvii fried machen solte/welches ihm (ob er gleich ein Heyd gewesen) Dbrigkeitlich ampts halben obgelegen wäre. Ist weder ohngesehr noch ohn Exempel geschehen/videndus de Ptolometore Joseph. l. 13. antiq. c. 6. Baron. in append. præmiss. annal. ad lectorem extra Ecclesiam Catholicam positum confet. Hug. Grot. de imper. summ. pot. circa sacra c. 5. p. 191. & seqq.

Quæ autem *intentio Judæorum fuerit, non æque proclive est dicere: an sc. ut judicaret de transgressione legis, vel Judæorum, vel Romm. vel utriusque: An ut reum a Judæis declaratum statim interfici curaret?* In dubio relinquit *Lorinus* cujus hæc sunt verba: *vel ergo non judicium permiserunt Proconsuli de religione, sed interfici ab eo voluerunt, sicut Iudæi Christum a Pilato; vel cum Claudii edicto salva Judæis eorum religio esse deberet, petebant a Proconsule ut in violatorem ipsius animadverti decerneret, præsertim religionis quam esset professus alioquin prævaricatorem.* Et ad *Act. III. 3.* postquam citasset locum *Job. XII. 31.* scribit: *Hinc est, quod Paulus ante Gallionem Proconsulem reus actus est, quamvis recusavit judicium in causa de religione, & Herodes Rex occidit Jacobum fratrem Johannis gladio, Petrumque apprehendit, videns id placere Judæis; & Pilatus optionem dedit Christum dimittendi l. Barrabam. Itaque causas quidem gravio-*

παρὰ
D. Gl. Philol
S. l. 3. tr. 6. p.
579. 580. v.
Pruckn. vind.
Rom. 17. m. 2.
resp. 3.
Q. v. 1.
Cur detulerint?

Lorin. h. l.

ad Act. III. 3.

Sup. §. it.

Status Con-
troversiae.
decisio

occuritur
obiectioni.

Ioh. XIIX.

13.

Leo. serm. 8.
de passione.

Chrisost. in

Joh. Homil.

82. Harm.

Chemnit.

Lys. Gerh.

ad loc. cit.

Ioh. VII. 51.

Act. XXV.

16.

Har. Chemn.

Lys. Gerh.

T. II. p. 1863.

1864. vid.

Act. XXIV!

8.

Qv. 2. An

justi detu-

lerint?

Calvin. h. l.

res ad propriam ipsorum religionem spectantes ipsimet excutiebant, multoque magis in eodem genere leviores; at pœnas capitales soli Romani decernebant & exequiebantur, minus etiam Judæi. Sed supra ostensum est, Judæos Paulum accusasse violatæ legis, & Judæorum, & Romm. hic igitur tantum de eo dispiciendum erit, an ut de violatæ lege judicaret; an ut de violatore pœnas sumeret? Verior esse videtur illa sententia, quæ statuit, Judæos Paulum ad tribunal Proconsulis protaxisse, ut (1) judicaret, annon doctrina Pauli injuria, cum in leges Hebræorum, tum Romm. & (2) si hoc deprehenderit, severe in eundem animadverteret. Nec enim e placito Judæorum res hæc æstimanda erit, sed e temporis illius Historia, quæ docet, eo adactos fuisse, ut non vocati tantum alienos a sua fide & religione, judices agnoverint, sed & ipsi ortis inter se occasione sacrorum controversiis illorum judicia implorarint: quod si mens eorum fuisset non causæ cognitionem Proconsuli submittere, sed pœnæ tantum executionem exposcere, idem responsi tulissent, quod olim a Pilato. Cupiunt Judæi Pilatum esse executorem sententiæ, non autem arbitrium causæ. At interrogat Pilatus: absurdum ratus judicium eos præsumere, supplicium sibi permitti. Ita sane est, iniquissimum foret postulatum declinare criminis probationem & nihilominus expetere supplicii executionem. Aliam omnino legem habebant, de qua Nicodemus: num lex nostra judicat hominem nisi prius audierit ab ipso & cognoverit, quid faciat? Eandem ap. Romm. inveterasse, Festus indicat: non est, inquit, Rom. consuetudo donare aliquem hominem ad interitum priusquam is qui accusatur presentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat de crimine intentato. Nimis igitur levi brachio res suas tractassent, si ante pœnæ executionem, non causæ quoque cognitionem exorassent.

§. 13. Qv. (2) de accusationis veritate; an sc. ea fundamentum habuerit in re? prolixè tractata a Luc. Losio & æstimanda ex illis, quæ supra de Concionis Paulinæ materia diximus. Calvini judicium hoc est; Ac jure quidem dammandus foret Paulus, si tale aliquid tentasset, sed cum certo certius sit, perfide & scelestè sanctum virum esse calumniatos, malam causam honesto pretextu tegere studuerunt: Scimus quam severe præcipiat in lege Dominus, qualiter a suis coli velit. E. ab ea regula discedere sacrilegium est, sed cum legi nihil unquam addere vel

vel detrabere in animo habuerit Paulus, injuste trahitur in hoc crimen.

Habuit alias testes suæ innocentiae luculentos, Lyfiam tribunum,

Felicem, Festum, Agrippam, & alios: Præ omnibus hic audiri

meretur ipsiusmet Apologia: ubi D. Ap. sistit nobis cultus sui

(1) *objectum* Patrium DEUM (2) *formam*, quæ fides, ita enim colit

patrium Deum ut credat omnibus, quæ scripta sunt, in lege & Prophe-

tis: Imo nihil aliud dixit, quam ea, quæ Prophetæ prædixerunt, futura

esse & Moses; Si hoc, necesse erit omnia quæcunq; dixit in Mose &

Prophetis contineri. E. non tantum quæ contra, sed & quæ ex-

tra non prædicavit E. in utroque mentiuntur sc. cultum alienum

esse tum *ratione objecti*, tum *ratione modi*, substantialis sc. & intrin-

feci: Dubia forte subortura facile diluet, qui attenderit, unam & cautelas.

eandem in DEO fuisse rationem solvendi Homines; aliam vero eam di-

spositionem circa in Politia Israelitica, & Eccl. Nov. Test. Sermo autem

est de substantia, non V. & N. Testamenti, sed cultus in V. & N. T. Do-

cuit quidem Ap. Leges Ceremoniales & Sacerdotium Leviticum

esse abrogatum, nihil tamen contra Mosen & Prophetas. Imo non

abrogaverunt Ap. in primitiva Ecclesia ceremonias Mosaicæ, sed libe-

ram earundem observationem in gratiam infirmorum permiserunt,

hac tamen conditione ne putarent, se mereri per opera legis, & circum-

cisionis & alia, remissionem peccatorum justitiam fidei, & vitam æter-

nam. Sit hoc Pauli studium contra leges Rom. at DEO magis obe-

diendum, quam hominibus, accusandi sunt non Paulus, sed stultissimi

illi hominum, apud quos humano arbitrato Divinitas pensitabatur;

nisi homini DEUS placuerit, DEUS non erit: Homo jam DEUS pro-

pitius esse debet

§. 14. Notamus hic ingenia hostium veritatis, qui Arte & Mar-

te, fraude & vi, res suas aggrediuntur: Arte dum venantur gratiam

& favorem Magnatum; primi ad tribunalia ruunt, & alios accu-

sant, summo cum pietatis & justitiæ prætextu; revera tamen ni-

hil aliud agunt, nisi ut, causæ diffidentes, animos eorum, qui in

sublimitate & eminentia constituti sunt, abalienare vel præoccu-

pare queant, ne altera pars, aut omnino non, aut minus dextre

audiatur; Si hoc minus feliciter ceciderit, Marte & vi agunt, & cum

gladio oris obesse nequeant, os gladii stringunt; non cordis, sed cor-

poris illuminationem clamantes; Eoque ipso incredula gente

deteriores. An consilium Henoticum satis Idoneum quod proponit

D. Dieft. hujus loci non est judicare; *Eccl.*

Act. XXV.

15. XXVI.

22.

Luc. Loff.

h. 1.

Tertull. in

Apol. c. 5. &

21. cit. Lor.

Act. XXVI.

21.

not.

Ingenia

hostium veri-

tatis. Arte

& Marte.

§. Dieft. dif-

fert. Iren.

p. 217.

Ecclesie igitur, ita ille, munus porro erit, convitiantes & rixantes, post unam aut alteram admonitionem clavibus regni caelorum ligare, tandemque contumaces a sacris arce-
re; nec ullos *Ecclesie* praeficere Doctores, nisi viros pacificos, rixarum & convitiorum oso-
res, quique dissentientes a se Evangelicos, ob dissensum non fundamentalem, non exse-
rentur, & persequantur, sed fratres agnoscant e. g. si Calixtini, & his in animi lenitate &
modestia similes, rigidioribus Wittenbergensibus, eorumque similibus, qui quasi βοανε-
γῆς videri volunt, praepoantur. *Magistratus* item *Politici* hic munus erit, eosdem tur-
bones, pacisque Ecclesiasticae adversarios, ante a se sancita refractariis multa severe coer-
cere, eamque crescentibus delictis, augere, eosdem ab omnibus muniis publicis arcere, &
solos viros moderatos ad eadem promovere; quin & subjectorum suorum liberis, studiis
operam daturis, turbonum ac durissimorum illorum hominum institutioni se committe-
re, sub poena denegandae omnis ad Politica vel Ecclesiastica munia promotionis, serio in-
terdicant. Sic paulatim animi non tantum coadunabuntur, & ad concordiam praepara-
buntur, sed & Ecclesiae a rixantibus, calumniantibus, & convitiantibus istis monstris libe-
rabuntur, & qui studiis invigilant, animadvertentes convitiantes, eorumque discipulos,
nullis muniis praefici, a convitiis sibi obfuturis temperabunt, eadem paulatim dediscant, &
desertis convitiantibus moderatos undique quaerent praepceptores, simile consilium v. R. S.
p. 648. cit.

Sentiunt proh dolor! hoc etiamnum cordati viri, vel ut stylo
syncretico utar, rigidi Lutherani: Supremo tamen Cardiarcae
confisi, mitius a scutis terrae iudicium expectant.

(2) Exercitii
Forma sive
administra-
tio ipsa, ver-
ba text.

§. 15. Haecenus etiam, quantum quidem licuit, de *Proconsu-
latus Exercitii causa impulsiva; Pauli nempe a Iudaeis coram Gallione
facta accusatione: sequitur Exercitii forma sive administratio ipsa; Iu-
daeis nempe a Gallione data responsio: de hac textus: μέλλοντι ὁ δὲ
τῷ παύλῳ ἀνοίγειν τὸ στόμα. εἶπεν ὁ γαλιλίων πρὸς τῶν Ἰουδαίων,
εἰ μὲν ἔν ἡν ἀδικημάτι ἢ ῥαδιόργημα πονηρὸν, ὃ Ἰουδαῖοι, κατὰ
λόγον ἀν ἠνεσχόμεν ὑμῶν. εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου, καὶ ὀνομα-
τῶν, καὶ νόμου καὶ ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί. κριτῆς γὰρ ἐγὼ τῶν
ἔββλομαι εἶναι καὶ ἀπῆλασεν αὐτὸς ἀπὸ τῶ βήματι. Cum au-
tem Paulus os aperturus esset, dixit Gallion ad Iudaeos, si qua esset inju-
ria aut facinus malum, o Iudaei, juxta rationem utique vos sustinerem; si
vero quaestio est de verbo & nominibus, & lege vestrate, vos ipsi videritis,
ego enim iudex e. esse nolo; & abegit eos a tribunali. Ordine horum re-
fert in hoc membro Divus Historicus τὰ ἠγόμενα, τὰ λεχθέντα, τὰ
πραχθέντα. ἠγόμενα ostendunt Paulum non mutum, sed prom-
ptum ad respondendum: Memor enim erat Enthatus Vir non
tantum promissi generalis, de ore & sapientia ante tribunalia pro
fide consistentibus; verum etiam specialis & nuperrime accepti: noli
Luc. XXI, 15. timere, sed loquere & ne timeas. At μέλλοντι ὁ ἀνοίγειν τὸ στόμα cum
Act. XIII, 9. futurum jam esset, ut aperiret os, & ex oris habitu & labiorum ipsorum
aper-*

a.

ἠγόμενα

Lorin. h. l.

Luc. XXI, 15.

Act. XIII, 9.

aper-

apertione, aut ex nutu s. gestu deprehendissent, sermo illi praecisus fuit a Proconsule. *πραχθέντα* indicat vox ἀπήλασεν: repulit, abegit, expulit, abduxit vel potius abducere iussit: de discrimine vocis ἀπελάθειν καὶ ἀπάγειν: v. Lorin. h. l. En summam injustitiam quam Judex hic exercet, Sunt quidem qui in eo justitiam agnoscunt, nominatim *Luc. Loff.* ad h. l. sequentia notat: *Exemplum justi Magistratus sive judicis, defendentis bonos & innoxios, contra hostium violentiam seu furores, aut iniquas ac falsas delationes:* Fuisse autem eum ab omni justitia alienissimum patet, quia Paulum a Judæis accusatum, causam dicere non jubet, imo cum Apologiam dicere vellet, sermonem ejus interrumpit, nec vult ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροῦσθαι: *Qui statuit aliquid parte inaudita altera, æquum licet statuerit, haud æquus est.* Deinde licet Pauli innocentiam præ se tulerit, injustissimus tamen iterum, quod eandem publice non declararit, nec ab adversariis calumniantibus debitas sumpserit pœnas: Abegit eos quidem a tribunali, sed ut hoc modo contra violentiam defenderit, tantum abest, ut potius eorum potestati permiserit, nisi Divina Pronæa singulari ratione e manibus sanguinolentis eripuisset.

§. 16. *πραχθέντα* quod concernit, duo considerationem merentur (1) *Sententia decretoria.* (2) *Argumenta.* Sententiam decretoriam dicit his verbis; *Ipsi videritis: judex enim ego horum esse nolo.* Hæc oratio non tam videtur esse, concessiva & permissiva; quam declinatoria & illusoria, ad eum fere modum qualis Pilati fuit; *accipite igitur eum & secundum legem vestram judicate eum:* quod si enim his verbis potestas ipsis concessa fuisset, animadvertendi in Paulum, sine dubio eandem sanguinarij homines obviis manibus acceptassent; potius igitur dicendum, Gallionem Judæis tantum illulisse, quod ob rem levidensem & nullius fere momenti tantos cieant tumultus, se nolle ejusmodi involvi. Similis locutio est *Matth. XXVII. 4. τὶ πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψῃ, quid ad nos? tu videris,* & notat hanc phrasin *Lorin,* quod soleat in genere usurpari, cum quis rejicit alicujus rei cogitationem vel curam in aliū tanquam ad se non pertinentem, seu quia non possit, ei que non liceat illam suscipere, sive quia nolit; quod h. l. factum. hinc vituperanda *Amelia Atbestica,* die Gott-und sorglose Trägheit/daß er ihme unbekante Sachen nicht wollen bekant machen/u. ein solche schöne Gelegenheit

D

die

b.
πραχθέντα

Lorin. h. l.

Luc. Loff.

c.
πραχθέντα(1)
Sententia
decretoria.

Joh. XIX. 6.

vid. Harm.

Chemn.

Lyser. Ger-

hard.

Har. Chemn.

Lyl. Gerh.

ad h. l.

Matth. 27.

4. Lorin. ad

h. l.



D. Brent. ad
act. Hom.

Die Theognosiam und Erkänntniß des einigen wahren lebendigen Gottes / u. in derselben des rechten Wegs zur Seeligkeit zu erlern / nicht bey dem fordern haarlocken ergreifen sondern durchschleiffen und vorüber gehen lassen. Laudem quidem meretur ἐπιτοχὴν *judicii decretivi*, & ut ita dicamus, *practici*; non verò *cognoscitivi* & *theoretici*: quoniam enim prudentia est si non intelligas diversitatem religionum, a *judicio earum causarum abstinere*, tamen non est pietas, ut quæ sit vera religio non discas, neque cognoscas, eamque cognitam officio Magistratus tui non adjuves; omnium enim hominum ne dum Magistratus interest, veram religionem cognoscere, & pro virili suo juxta modum sue vocationis adjuvare & defendere.

nöt.
(1) ratio formalis Gallionismi.
Marlor. ad l. nostrum.

(2) Causa fons, & origo.

§. 17. Facile hinc colligere licet quænam sit ratio formalis & quasi anima Gallionismi, nempe *Controversiarum Theologicarum, belli pennigeri, & militia spiritualis, Polemosophia Sacra neglectus & contemptus*. Malo hoc monstrum alienis, quam meis verbis describere; Eorum typum gerit Gallio, qui cum *judicum sedem occupant, causam religionis tamen prorsus contemnunt, & à se reiciunt, quasi rem ad se & civiles Iudices non pertinentem*. Multos hodie Galliones & Pilatos invenias inter Proceres qui vel odio aut contemptu religionis vel animi levitate, vel profanarum rerum studio religionis causas omnino audire nolunt. Invenias alios hoc Gallione stultiores qui *diplomatis & mandatis eorum superstitionem fulciunt, quos certum est impios esse & sanæ doctrinæ, proprii commodi studio adversari*. Fontem si quæsieris, causas & originem; est *Amelia Atheistica & supina ignavia*, quæ Domini Politici unum necessarium omnibus; curam religionis, curæ regionis; curam poli, curæ soli post habent: *Judicium discretivum in rebus fidem & religionem spectantibus, aut detrectant, aut suspendunt, ubi occasio fert judicant, sed ut cæcus de coloribus, h. e. de rebus quas ipsi non intelligunt*. *Species hujus Ameliæ Atheisticae sunt in genere religionis πρὸς τῆς πολιτείας τύπον conformatio, ut rationi status famulari cogatur, quorsum tendit consilium quod Clasen. prodidit; Princeps uti nihil in se desiderari patitur, quod ad reibubl. emolumentum pertinet, sic sibi & publico statui deesse non debet in religionis negotio; Det autem operam ut non quamvis religionem probet, nec vulgi ineptiis potius, quam publicis rebus inserviat; sed talem admittat,*
quæ

quæ ad status rationem faciat, alias Regio imperabit ipsi, cui tamen Princeps debebat imperare, eaq; uti tanquam medio ad bonum publicum constituendum, & servandam rationem suæ Reipubl. nisi hoc fecerit, pro religione pugnaturus, quæ plebi sit grata, amittet regionem, deinde neglectus mediæ & subsidiæ, quibus hoc in negotio Mag. Pol. juvari posset. Inspecie circa res Ecclesiasticas (1) Fastus in meditatione verbi divini, dum Psalmis Davidicis, odas Pindaricas præferunt; aut Angelum genere Politianum secuti, tempus nunquam collocasse pejus autumant, quam si lectioni scripturarum impenderint. cum tamen hæc sola sit Judex norma & regula, ad quam ceu ad Lydium lapidem omnia dogmata exigenda sunt & dijudicanda, impia, an vera, an falsa: Eleganter ut solet Max. Ven. noster Dn. D. Praeses: Axiomata Regum tuemur, in syllaba tituli errare, quantum læsæ Majestatis crimen? At Christi Regis Regum intime agnoscendi, quanta incuria? Testamenti paterni tabulas heres Idiota, fratris sui jurisperiti interpretationi non permittit: At Doctoribus Ecclesiæ quos in lupos degenerare Ap. præmonuit, testamenti divini tabulas exponere, definire natas de Testamento controversias permittit Laicus sponte-Idiota. Nemo facile in moneta se falli sustinet, quin eam ad stateram examinet; At ab examine fidei excludi se sustinet, qui de fide olim summo Judici redditurus est rationem, deq; nutritu, lac præbere curarit an venenū? responsurus pro omnibus fidei suæ commissis. Ut igitur omnem Hierarchiæ Ecclesiasticæ subditum oportet esse in religione πληροφορηθέντα, ita vel maxime Mag. Pol. At illa πληροφορία non potest niti aliorum effatis, sed requirit αὐτοψίαν, ut veniatur in rem præsentem, eque purissimis Israelis fontibus judicium feratur: Fontibus dixi Hebræis scilicet & Græcis: Sane Divina Pronæa advigilavit versionibus, ne sic corrumperentur, ut non inde haurias quod satis est: nemo inde haurire non potest, quod satis est, modo ad hauriendum pie aut devote ut religio postulat accedat. Sed dulcius, adde & purius ex ipso fonte bibuntur aquæ: Quod fieri etiam a Laicis posset, si tanta nati in Bethlehem, quanta lanati in montanis, tanta sacri, quanta profani labii cura esset: Sed dandum hoc forsan & concedendum corruptissimis hisce temporibus, modo vernacula magis cordi foret. (2) Species est Elevatio librorum, ut vocari solent, Symbolicorum, in libro Concordiæ comprehensorum, quibus

Form. Conc. q. 572.

D. D. Danhauer, Hod. Pap. dec.

conf. os aureum Chrys. in 2. Corin. Hom. XIII.

v. Act. XVII. II.

Aug. de util. cred. c. 67 Digna sane ut pleraque verba, quæ describantur H. P. p. 138.

bus Mag. Pol. ad strenuum ὑπερπισκόπου Ecclesiasticae Exercitium animaretur & juvaretur: Sunt enim τύποι τῶν ὑγιαίνοντων λόγων & confessiones publicæ ab Orthodoxis publica autoritate exaratae, summam doctrinae salvificæ repetentes: norma non doctrinae professæ, sed profitentis, seu docentis, seu discantis. In primis legenda foret Apologia seu uberior declaratio F. C. Quisquis enim Historiam συρράξεως Calvinianæ, tum temporis agitatae, etiam l. per transennam inspexerit, facile deprehendet, eandem semper repeti fabulam, non rebus ipsis varitatis, sed personis duntaxat mutatis, sicut jure conqueritur *Vir mihi filialiter observandus*, in epistola quam manuscriptam servo: Degeneravit tandem σύρραξις Calviniana ipsissimum, Calvinismum, idem præsentia tempora minari, quis dubitabit? Eadem igitur via insistendum, somnia præsentis seculi oblivioni tradenda, & svavi quasi metamorphosi animus veterum induendus. Hæc si æquius perpenderent Henotica consilia non foverent, ad tibias modernorum εἰρηνοποιῶν in saltus non ruerent: Augustissimorum Confessorum animus inconcussus ad similem προθυμίαν neminem non poterit provocare: Nemo sibi amplius persuaderi pateretur, patrocinium etiam veritati theologicæ præstitum, aut ἀλλοτρ. esse, aut λογομ. nisi qui & hujus, & illius notam laudatissimæ memoriæ Principibus inurere velit, quod omnes boni atatem defugient.

(3) *Præterito Scriptorum Theologorum*, quam unicam fere dixerimus causam, cur toties a nostratibus deglutita recoquantur Pertinet huc quoque contemptus subsidiorum ad εὐλαξίαν διαλέξεως facientium, qualia Polemosophia nostra permonstrat; Invektivam *Adr. Heerb.* videant illi, in quorum gratiam erotemata sua logica scripsit: Idem sane de totius Philosophiæ cursu, ὀρολογία præpripriis, & doctrina terminorum dicendum erit, quorum ignorantia clarissimis alias imposuit. Nimis igitur importunus est *Josephus Castim.* si nostros pungit, ut sane videtur: *Personæ Collocutorum sunt Theologi Philosophicis artibus adeo exculi, ut in rerum divinarum tractatione magis referant personam Philosophorum quam Theologorum: quotusquisque n. est qui puris SS. literarum sententiis aut terminis certet? Inertissimi & agrestis generis disputator, nisi theologicis philosophica misceat, atq; de sua vi & sapientia partem adversam contenten-*

D. Olear. in Ind. Balduin. de Stud. Theol. mediis. p. 24. b.

Hutt. in F. C. p. 6.
D. D. Danhau. Christ. Protheor. p. 30.

Ad Heerb. præerotem. Log * 3. Pacis es ostium; per anagr. Rosenbergi. al. bis pacis hostem. is est Josephus Castim. in manu ducti-one ad viam pacis Ecclesiastic. p. 12.

entione frangendam putet: id autem philosophari. Audi B. Rhenanū, antiquissima Theologia speculatorem acerrimum, estimatorum nostrae: Qui hodie vivunt Theologi multi se putant acutiores omnibus veteribus quibus acumen quidem non adimo; sed doctrinam parem non concedo, quum hos multi potius philosophos appellandos censeant, quam Theologos. At medium tenere beati, nec defectus, nec excessus approbatur. Docuit philosophari, & quod Philosophi munus est, ἀκριβο-λογείσθαι, καὶ μὴ ἐκ παρόδου τὰς λόγους ἀποδέχθαι adversariorum πανουργία, quæ in turbido piscatur, & simplicioribus, ὁμοία λαλεῖν ἀνόμια δὲ φρονεῖν acriter imponit; Omnis igitur elabendi rima ut obstruatur ejusmodi adminicula uberius explanationis, melioris distinctionis, plenioris refutationis ergo magis magisque excoluerunt. Finis disputationis theologicæ, est fides theologica, quæ non pollet Augustin. I. fideles plurimi, quamvis polleant ipsa fide plurimum: ut Augustin jam 14. de Trin. olim distinxit: ad hujus communis fidei consecutionem non est de c. 1. quo cœpimus dicere, apparatus organicus perinde necessarius; attamen ad fidem Theologicam necessarius est, necessitate expedi- entia πρὸς τὸ εἶναι. Est enim ut totius Philos. ita & organi ejus, D. D. Dan- hau. Polem. usus longe uberrimus in Theologia, non διδακτικὸς circa textuum p. 30. biblicorum & propositionum theologicarum ἀνάλυσιν, ἐρμηνείαν, μέ- D. Balduin. θόδον: sed & συλλογιστικὸς circa argumenta vel ἀνασκευαστικά & Comm. ad thesin confirmantia, vel κατασκευαστικά & antithesin refutantia. Ite- Col. II. 8. p. rum tamen monemus, ne de suo throno Theologia dejiciatur, vel 1072. edit. ratio dominium sibi sumat in regno fidei, sed Reginae suæ submissè in 4. famuletur: secus si fieret merito dixeris Philosophos Hereticorum Patriarchas.

§. 18. Circa personas Ecclesiasticas Ameliam hanc prodit (1) Te- D. D. Dan- por & torpor, in Scholarum ac Scholasticorum, Ecclesiarum & hau. Theol. Ecclesiasticorum constitutione, subsidiorum, ornamentorum, pro- Conf. p. 174- curatione, ubi crudelitas, Zelus justitiæ; tenacitas parsimonia vi- 175. deri vult, ut B. Gregor. in re simili loquitur l. 1. ep. 24. Unde mala B. Lutheri. deinceps innumera alia; Quin imo sæpius evenire solet, ut scho- hinc inde lis & gymnasiis minus recte constitutis, Gallionismus cum primis cit. a M. O- rudimentis imbibatur. Habent enim ingenia proventus suos, ut lear. in Lu- thero Ger- plantæ. Ab una planta, si bonum colonum nacta est, propagantur innu- mania mo- mera. Sed nescio quis pestilens cometa perstrinxerit hodie plerasq; Resp. derna peri- clitantis E- lic, pag. 29. ut tantū auri profundi, tot vilissimos homines de arario vivere placeat, seqq. conf.



sed grave sit demum habere magnum animorum delectum. Quando ingenia ad ornatum seculi edita, Regnis aut Rebusp. commendantur, tunc parsimonia in mentem redit, tunc ararium, vel ut verius loquar, bona mens deficit. Accedit (2) Ministerii contemptus & vilipendium cum in iudicio sinisteriore, quo iustum etiam Zelum pro convitio, solidiorem fidei articulorum eliquationem pro λογδιάρροια, ingenii ostentatione habent, ac modo non diffamant: tum in posthabitione consiliorum quoad actus non tantum Ecclesiasticos, sed & civiles conscientiam intimius ferientes, in quibus illi non minus ac in reliquis consulendum est; Aliter in Veteri Ecclesia res agebatur; in qua Jojada Joasi Zacharias Ozia, Elias Regum συγχρόνων quasi oracula fuerunt: In quaestionibus de fide & religione controversis, damni eventualitatem videre licet, in Constantino, qui cum non satis de detestanda Arianorum haeresi informatus esset, facile ab Ario homine διαλεξιμοτάτω circumveniri potuit, v. Pl. Rev. Dn. D. Bebelius, Fautor & Praceptor obsequiose colendus, in exercit. ad ep. Constant. M. Irenicam, Ministerii igitur Ecclesiastici consilio & auxilio uti non erubescant, qui ad res seculi dirimendas suis gaudent Consiliariis: Quod si enim in rebus civilibus in quibus servata sc. aequitate & salva, ante omnia divinarum legum auctoritate liberampotestatem Princeps obtinet, maturum eorum ad quos spectat adhibere debet consilium l. humanum C. de legibus, quanto magis in Ecclesiasticis rebus convenit eorum consilium & assensum exquirere qui sunt divinarum mysteriorum aconomi, & quibus Ecclesiae cura incumbit vel maxime. Requiritur autem non tantum auditio, d. & in audiente patientia: Auris non fastidiosa, morosa, surda: sed purgata & aperta, alicuius aut Cyri, Daniele & popas inter sequestri; aut Sergii Paulum Apostolum & Elymam intermedi, aut Agrippa, non perinde ut alii Judaeorum furiosi. Ornat egregie hanc Patientiam χειρότης συνηαβατικη, suavi condescencia rerum difficultati consulens, ut quae prima & secunda vice non satis enucleata, tertia & quarta reassumantur, tamdiu etiam agitentur, donec veritas in lucem protracta fuerit. (3) Brachii secularis denegatio, ne os gladii, gladium oris excipiat, sed impunitas injuriarum, mater sc. flagitiorum, secure grassetur.

[2]
argumenta
ήθικα.

S. 19. Restant argumenta eorundemq; Examens. Argumenta sunt vel ήθικα, vel λογικα: Illa sunt Benevolentia erga Judaeos; Pietas erga DEUM:

D. D. Dannh. Christ. Prot. Q. IX, p. 90. D. D. Bebel. exercit. ad Const. M. Irenicam. Gerh. L. de Mag. 189. D. D. Danh. Potosmos. p. 10. 1. Cor. IV. 1. 1. Par. XIII. 2.

D. D. Danh. H. P. ded. Potosmos. p. 19. l. 8. Toq. c. 4.

DEVM: Prudentia erga semetipsum: Benevolentiam aperte simulat ^{1. Benevolentia erga Judæos.}
 particula exclamandi ω; ω Ἰσδαίοι: quod B. Lutherus bene vertit, ^{2. Pietas erga Deum.}
 lieben Juden. *Simulasse* dixi, qui enim ignorat Rom. nihil mi-
 nus cordi fuisse quam Judæos inprimis cum de ipsorum religione ^{3. Prudentia erga semetipsum,}
 agebatur, omnem historiam ignorat. *Pietatem* observavit, vel
 sane observasse videri voluit, dicens: καὶ ἀ λόγον ἀν ἠνεσχόμην h.e.
convenienter & ut par est reciperem vos, & ferrem, & accusationem
admitterem, & patienter cognoscerem, prout ratio & officii mei a me
partes exigunt. Prudentiam commendat, dum partim ἀπολυπραγ-
 μοσύνης studium, partim certaminis vanitatem, partim causæ igno-
 rantiam ostendit: de quibus jam quoad argumenta λογικά: Ho-
 rum *Luc. Lossius* duo necit: unum ab ignorantia causæ desumptum, ^{λογικά}
 quia doctrina & cultus Judaici sibi ignoti: Alterum a discrimine of- ^{Luc. Loss. h. l.}
 ficii, quia sit Magistratus Politicus non Ecclesiasticus. Attendamus ^a
 autem textui, primo quoad verba, deinde quoad connexionem. τὸ εἰ ^{εἰ}
 v. 14. est *Hypotheticum* sive *conditionale*; non item in 15. B. *Luthero* ἀδίκημα
 nostro, sed potius *causale* & *illativum*. ἀδίκημα verbale ab ἀδικεῖν,
 significat in genere omnem actionem, tam primæ, quam secundæ tabu-
 læ contrariam; per sepe tamen restringitur, ad ea, quæ contra secun-
 dam tabulam fiunt, & cōtradistinguitur vocabulo ἀσεβείας ut h. l. Plus
 innuere videtur τὸ ραδίεργημα: est enim ραδίεργός facinorosus, ^{ραδί εργήμα}
 qui facile ad scelus perpetrandum allicitur; cui religio non est per-
 petrare facinus, qui vacuus est a timore Dei; additur πονηρόν, ὀξήγη-
 σεως causa. Vocum λόγος καὶ ὀνομάτων amphiboliam pluribus evol- ^{λόγος καὶ ὀ-}
 vit *Erasm. Schmidt*, utraqve h. l. sermonis vanitatem, ^{νομάτων.}
 καὶ λογομαχίαν significat τὸ καθ' ὑμᾶς crimen objectum non omne ^{Erasmus}
 sed ex intentione deferentium *precipiū* arguit. Quoad connexionem ^{Schmidt. ad}
 hoc tantum in Controversiam venit, an τὸ εἰ in v. 15. sit *conditionale* ^{Matth. X. 43.}
 & *Hypotheticum*, quod cum *Vulgata* vult *Erasm. Schmid*; an *cau-* ^{& Joh. I. 1.}
sale & *illativum* ut habet *versio Germanica*. Utrumque autem ad- ^{καθ' ὑμ-}
 mitti potest: *Illo modo* duo erunt *Syllogismi Hypothesici*, prior pro- ^{μάς.}
 cedens a negatione antecedentis, ad negationem consequentis: *Al-* ^b
ter a positione antecedentis, ad positionem consequentis. *Hoc mo-* ^{connexio.}
do unicus tantum *prosyllogismus*, a negatione antecedentis per
 positionem contrarii, ad negationem consequentis colligens: *Ille*
ad verba; hic ad sensum accommodatior. Res utrobique
 eadem. Recusat enim Gallion iudicium quia iudex Pol. *Hunc*
autem

autem quamvis possit, non debere tamen ejusmodi argutiis facile se immiscere, sed tantū curare, ne injuria alii afficiantur, aut publica facinora impune habeantur; quod si quis autem maluerit verbis textus pressius inhærere, poterit ex distinctis versibus distincta formare argumenta. Prius à discrimine officii: alterum à levitate causæ: nec repugnabimus si quis tertium quoque è verbis περί νόμου καὶ ὑμῶν addere voluerit; commode enim verba textus in hæc tria dispelci queunt.

not.
Gallionismi
colores.

§. 20. Deprehendimus hic fucos atque colores, quibus hanc suam Thaidem exornare student homines isti profani: Pseudophasiam sc. πολιπραγμοσύνης, ac si cura Ecclesiastica, & quod in hac caput, judicium de rebus fidei & religionis, in Magistratu Politico spoliū foret alieni juris, quo ministros Ecclesiæ, in id divinitus ordinatos, privarent. Deinde Pseudophasia λογομαχίας & vaniloquentia, ac si certamina Theologica mera sint vitilitigia & inanes contentiones, indigna quibus tempus teratur. Sed ut occupavimus dicere Pseudophasia est, seu falsa persuasio, somnium sine somno. Qværitur ergo (1) an judicium in rebus fidei a Magistratu Politico susceptum sit ἀλλοτριεπισκοπία seu spoliū alieni juris. Dupliciter hic respondendum (1) in hypothesi & habito respectu ad Gallionem, sed breviter, quia superius, ubi de officio Proconsulis agebatur, quædam hanc in rem adducta fuere: addimus tamen hic aliquid occasione Provocationis Paulinæ Act. XXV. II. ubi observa (1) non agi de appellatione proprie sic dicta, quæ fit ad judicem superiorem in rebus fidei & religionis; nec provocatione voluntaria in causis levioribus, qualis improbatur ab Ap. Sed necessaria ob Præsidis Rom. injustitiam, in re gravissima: nec tamen (2) sequitur; est necessaria E. illegitima E, res facti; non enim credibile est tantum Ap. qui mortem pro causa Evangelii ultro expetebat, voluisse metu mortis declinare ad judicem illegitimum & pessimo exemplo Ecclesiæ commodis præjudicare; vel ut Aug. loquitur vitæ suæ potius, quam Ecclesiæ consulere. Dicit enim δέι, oportet, vis. juris; non tam (3) Mosaici & divini, quod homo Ethn. ludibrio habuisset; quam humani & positivi, quod Paulus (4) ut Civis Romanus pernoverat. Utique igitur D. Ap. sermo est (5) de fori competentia non (6) nuda, sed exercita. (7) crimen objectum fuit, non tantum civile & politicum, sed & potissimum spirituale & Theologicum, scil. quod author sectæ Nazaræorum

qværitur?

(2)

an ἀλλοτριεπισκοπία.

επισκοπία.

Resp. in hypo-

pothesi, v. §.

3.

Act. XXV. II.

Vedel. tr. sæ-

pe cit. p. 90.

I. Cor. VI, 6.

Act. XX. 24.

XXI. 12.

rum, & resurrectionis mortuorum assertor: (8) Judæi non tantum *Act. XXIV.*
poena executionem, sed & culpa cognitionem exoraverunt, ut inquisitio- *s. 21. XXV.*
ne facta de omnibus istis cognoscat, de quibus accusaverunt. *14.*

§. 21. His præsuppositis perspicua erit collectio: *O potestas a*
Paulo Cive Romano, in Casare, & eius vicario Præside Rom. licet Eth-
nicis, agnita, est legitima, juris si non divini, tamen humani & tum tem-
poris recepti. A. Potestas christi cognoscendi & dijudicandi, in cau-
sa spiritali & theologica, fuit potestas à Paulo, &c. Fidem igitur, Ref. Calvin.
non merentur, quæ è Calvino habet Marloratus: significat e. v. 14.
de religione provincie jus dicere non esse de officio Præsidis. Nam
cum ad suos ritus cogere non possent Romani, gentes sibi subiectas, ne
tamen viderentur probare, quod ferebant, suos Magistratus vetabant
hanc jurisdictionis partem attingere. Illud quidem concedimus quod B. Gerhard.
cum B. Gerb. aliisq; Calixtus notat: Ex quo Archelaus Viennam re- *D. Calixt.*
legatus & Iudæa in provinciam redacta est, judicia capitalia Iudæis *ad Johan.*
fuisse adempta, ut patet ex ipsorum confessione; neq; Præsides translata *XIIX. 31.*
in se omni jurisdictione quicquam reliqui fecisse, nisi ut causas co-
gnoscerent & statuerent, de iis quæ ad eorum legem ritus & ceremonias
spectabant, qualia Præsides nihil ad se, & summam Reip. pertinere ju-
dicabant. At Præsides Rom. nudæ eorum relationi simpliciter sta- *Act. XV. 19.*
re debuissent, aut potuissent, vero consonum non videtur? Dicendum
igitur Judæos coactos fuisse causa ab ipsis cognita, cognitionem
ejusdem, Præsidium judicio submittere, qui aut ludibrio habebant,
aut prorsus negligebant, non ex eo, ne probare viderentur, sed
ne patrocinio causæ præstito, aut Pauli, aut Judæorum religio caput *cur leges de*
altius eveherent, indeq; Romanorum detrimentum caperet. Quor- *Judæorum,*
sum spectasse videtur Casp. Sanctius, inquit: Præsides Rom. aut *religione*
non poterant, aut, quod veresimilius est, cum possent, non solebant cau- *Proconf.*
sas de religione judicare; d. de his quæ fieri vetabant Rom. leges: qua- *Rom. ne-*
re coram Præside Iudæi Christum accusant, quod seducit turbas, & ne- *glexerint?*
gat tributum dare Casari, & quod se Regem fecit. Imò ipse Calv. ad *Casp. Sanct.*
Act. XXV. 18. Distinguit inter maleficia quæ puniri solebant legibus *ad nostrum.*
humanis, & controversiam, quæ inter Paulum & Iudæos agitabatur, *Calvin.*
non quod religio impune violari debeat, vel doleranda sit eorum proter- *Act. XXV.*
via, qui DEI cultum suis figmentis pervertunt: sed quia Romano Ho-
mini curæ non erat lex Mosis, ideò tam contemptim loquitur cum

E

illos

illos certasse dicit de sua superstitione. Non igitur tam ex ἀπολο-
πραγμοσύνης studio, quam animi levitate iudicium recusat. Tene-
batur sine dubio Proconsul tum temporis causa cognita pœnas
sumere a transgressoribus τῶν νενομισμένων: at inter illa *Claudii edi-*
ctum, ut salva Iudæis eorum religio esse deberet: It, Ne quis DEUS
reciperetur nisi approbante Senatu: vel ut Petrus Crinitus ludit: Ne-
mo sit DEUS habens novos sive advenas; nisi publice adscitos privatim
colunto, Divos, qui cœlestes semper habiti, colunto constructa a patri-
bis delubra habento. Qvi igitur ἀλλοτριεπισκοπίας accusari pote-
rit ste, cui leges demandatæ curæ sunt, iisdemqve invigilare
studet.

Jof. l. 19. An-
tiq. Jud. c. 4.
Petr. Crini-
tus de ho-
nest. disci-
plin. c. 3.

R. in thesi
παρασκευῇ
D. Gerhard.
LL. de M.
Pol. § 165.
D. Chemn.
LL. Theol.
p. 14. a.
not.

H. Gr. de
Imp. S.
Pot. p. 2.
& 47.

D.D. Dan-
hau, Theol.
Consc. p. 865.

§. 22. In thesi, & ad nostrum statum applicando, itidem responde-
tur negative: Cum autem non heri nec nudius tertius, sed jam o-
lim hac de re dubitatum ac disceptatum sit, merito observamus
dexterrimum *D. Chemnitii* nostri consilium, de *statu controversie*
riue investigando, patebit inde forsitan, quod in Magistratu Pol. ἀλ-
λοτριεπισκοπία quid non. Qu. a. est de *Mag. Pol. non in sensu diviso*
quat. persona privata, Christianus & Sacerdos spiritualis, mem-
brum cum reliquis Ecclesiæ civibus æquale, sed *qua tali & in sensu*
composito, quat. persona publica, caput civitatis; illo modo, *iis-*
dem beneficiis fruitur cum cæteris inferioribus; hac ratione autem
habet aliquid peculiare, quo Doctoribus, & Auditoribus, in Ecclesia, tan-
quam subditis suis supereminet: regimen num. non tantum jure con-
sensus, sed & vi imperii & quidem summum licet eminenter, tamen
comparate h. m. regit; illo regitur (2) Non tantum de Mag. superiore,
vel Rege proprie sic dicto, & Domino absoluto; sed & inferiore, ut
in Aristocratia optimatibus, sive Senatu, sive ordinibus, sive quo-
cunque alio vocabulo nominentur; ubi unitas non natura, tamen
instituto; illi ὡς ὑπερέχοντι; huic δι' αὐτῆς πεμπομένοις. (3) non de
δυνάμει aptitudine idoneitate sive peritia quæ ad rectum juris exerci-
tium pertinet; sed de ἐξουσία potestate & juris competentia: Vires
illa, hæc jus denotat: Habet e. g. Antistes Ecclesiæ in conciliis, judiciis,
legumlationibus, dynamin, sapientiam, eubuliam, Synesin, gnomen, ex-
cellentem & quasi Nestoream; at potestatem non habet, nisi a Principe
indultam vicariam, subsidiariam, precariam, subdelegatam; habet &
gladius dynamin occidendi, exusia nunquam, Magistrato habet exusia,
non semper dynamin. (4) non tā de modis πρὸς αἰτίας, & juris exercen-
di;

di; quam προσασία & juris exercitio, (5) de νομοθεσία, non pura & absoluta, ἀνυπευθύνω, quæ a sola Maiestate procedat; & γὰρ βασιλέων ἐστὶ νομοθετήσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, Regum partes non sunt, ut Ecclesie leges præscribant, puta, arbitrio proprio, αὐτοκρατορικῶς, & sine ministerii Ecclesiastici consilio, aut suffragio; sed participativa & mixta, quæ quidem totius Ecclesie, sed & ita ut ratione dignitatis potissimum imperatricis. Mag. Pol. tanquam præcipuum membrum, non tamen caput proprie dictum emineat: iudicat quivis Hierarchia Ecclesiastica subditus, ut DEVM intimius cognoscat, & secundum præcepta ejus colat; Ministri, ut verbum recte doceant, & sacramenta legitime administrent; Magistratus pol. ut ἐλευθέρως καὶ ἀπλάσως, rite hæc, & absque ullo impedimento peragantur. (6) de νομοθεσία non illimitata & indeterminata seu παντεξούσια; sed ad leges & normam alicuius superioris, verbi divini nimirum restricta, non extra, multo minus contra scripturam, sed ex ea; ut enim tum demum P. R. fides pro vera habenda, si secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam credat; ita Mag. Pol. iudicia assensum non merentur, nisi cum σύμφωνα ταῖς γραφαῖς, & ex ore Dei hausta. (7) de potestate formaliter non spirituali quæ περὶ τῶν ἔσω, solis ministris de jure & ordinarie competit; sed Ecclesiastica quæ περὶ τῶν ἔξω; spiritualis eq̄videm, non tamen κατ' αὐτὸ sed κατὰ συμβεβηκός, q̄t. ad externum cultum refertur: Hæc illa latior est, & influit ad effectum supernaturalem tantum pedagogice; illa vero etiam efficienter: quo sensu Isid. Pelusiota dixit ἱεροσύνη καὶ βασιλεία εἰς ἐν ὁρῶσι γέλῃ τὴν τῶν ὑπηκόων σωτηρίαν. (8) non de æconomia generali præscindendo a reali & personali seu quæ in res & personas exercetur; sed & in specie reali cum determinatione doctrinæ fidei & cultus; specialissimè de potestate κριτικῇ, cognoscendi & deficiendi. (9) Igitur non de χρονοθῆσι tantū; sed & νομοθεσία h. e. non circumstantiis cultus divini, & ceremonialibus, quæ in Ecclesie libertate sita sunt, sed & ipsa substantia cultus in SS. literis definita, quam cum proponit non novas fert leges, sed veteres tantum explicat ac intimat. (10) de competentia iudicii non Authoritativi & peremptorii, sed analytici & disputatorii non extraordinarii in certo quodam casu, ut supernaturali dispensatione, vel voluntaria cessione &c. non juris iudicandi, sed actus & voti de quæstione abs se cognita & probe intellecta, cum consensu tacito vel expresso deferendi: sic quamvis Act. Act. XX.

Damasc. orat. 2. de imag.

Vedel. tr. cit. qu. 1.

2. Chron. XXVI. 18. cont. Par. Hnlf. Brev. ept. p. 408.

D. Hulsem.
Brev. c. XX.
P. 358. 359.

XX. de correquisita necessitate circumcissionis formulam rescripti seu sententiae à Jacobo Apost. proieciam esse concedamus; negamus tamen propositum fuisse Ap. & Presbyteris sententiam obligatoriam ferre & publicare contra consensum expressum plebis representativa, tacitū vel saltim interpretativum, etiam singulorum de plebe, quia nemo contra-dixit, nec quisquam contradicendi animum habuisse praesumi potest.

D. D. Dan-
hau. Theol.
Consc. p. 656.
Status Con-
troversiae.

(11) non quid ex jure status sui, quod jus est species juris gentium possit, etiam qualitate cultus abstracta, seu in lege definita, seu non; sed quid facere debeat qualitate divina, non tantum praesupposita, sed & vel maxime in dubium vocata ex necessitate praeccepti divini, & in foro conscientiae. (12) de Judice, non principali, qui Spiritus S. non instrumentali, qui Scriptura S. certo respectu etiam ministri Ecclesiae, sed ministeriali h. e. verae religionis indagatore, assertore, vindice, custode. Tota igitur quaestio residet in competentia judicii cognitivi & definitivi de articulo tum temporis controverso, penes quem stet potestas qualificandi eundem, an penes Ministerium Eccl. an penes Mag. Pol. de illo constat; de hoc controvertitur.

Καλασνευή
Vera sen-
tentia.

§. 23. Sententia orthodoxa, penes Mag. Pol. est ὑπερεπισκο-
πὴ & ἐφοδεία summa, circuitio, lustratio, (die Oberrunde) non tan-
tum personalis in ipsos Episcopos; sed & vel maxime realis in doctri-
nam quam profitentur; E. penes eundem erit potestas qualificandi ar-
ticulos controversos. Consequentia est liquida. Quoad antece-

Argumen-
tum [1]
Deut. XXII.
18.

dens, plura hanc in rem proferuntur argumenta, à nostratibus,
omnia excutere longius foret; Duo tantum notamus (1) e Vete-
ri fœdere petitum: Praeceptum scil. Deut. XVII. ubi non exclusi-
ve d. praecipue Reges quia tales h. e. qd. in officio regio constituti,
ut suadet τὸ postquam, non solum Hebraei, aliorum Regum exem-
plaria, quamvis ad descriptionem insuper obligati, eamque du-
plam id enim significat vox חַוְוָה: exigit mandati singularitas, ete-
nim semel etiam reliqui Israelitae describebant, teste Maimonide,
sed singuli quosque scil. finis extenditur, obligantur ad lectio-
nem non tantum Deuteronomii, sed & totius quae post accessit Scri-
ptura, omnis. Jos. l. 7. etiam Ceremonialis; non solum pro sua
privati informatione, sicut tenetur quilibet subditus Hierar-
chia Ecclesiastica; sed etiam, ut quoad potestatem officii sui, non
solum paritione passiva, & executione, quod soli pastores decre-
verint, posito enim sine ponitur simul jus ad ea sine quibus finis aut
omni-

D. Gerhard.
LL. de Mag.
Pol. §. 185.
p. 298.

D. D. Dan-
hau. Hodof.
p. 58. Hod.
Pap. cont.
Forer p. 215.
216.

Hulf Brev.
c. XIX. p. 380.
c. XX. p. 405.
Pruckn.

Vind. ad l. c.

omnino non, aut difficulter obtineri potest, sed & influxu positivo, generico & directivo externo influat ad introductionem, constitutionem, conversationem, propagationem illius notitiæ de Deo rebusque divinis אַחַת אֶחָד ad faciendum, ea ut quoque a subditis fiant. (2) e Novo foedere, est locus Pauli I. Tim. II. Ubi Apostolus Paulus quidem in genere, pro omnibus non tantum generibus singulorum, sed & singulis generum h. e. non statibus, ordinibus, ætatibus hominum, sed individuis omnibus non in meta quales actu beati vel damnati, tertius enim status non datur nisi in cerebro & Bibliothecis Adversariorum; sed in via ad metam constitutis, bonis ut in bono confirmantur, malis ut a malo revocentur; speciatim vero pro Regibus & Principibus, non tantum Gentilibus, licet Leones tunc fuerint, vel maxime, sed omnibus qui in sublimitate constituti sunt, orare jubet (juxta Bezam quia in sublimitate constituti) hoc fine, ut non solum per eorundem coercionem & defensionem: sed & directionem, constitutionem propagationem, tranquillam vitam agere queamus, non tantum ἐν σεμνότητι secundæ; sed & ἐν εὐσέβεια primæ legis tabulæ correspondentem.

S. 24. Opponimus hæc (1) Romanæ curiæ parasitis, in defectu hic peccantibus: Sic Paulus III. P. R. ad Augustinum Imp. Carol. illud est certum alienum esse a Principe, Rempubl. administrante definire dubia circa fidem sed hoc relegandum ad solos sacerdotes: deinde hoc tantum esse officium Magistratus, quoad religionis negotium ut in eos, quos Pontifices pœna percellendos esse putant, animadvertant. imo etiam si Magistratus animadvertat, quosdam errores & abusus in rebus Ecclesiasticis irrepsisse, non tamen licet illi reformationem institueret, sed Sacerdotes benigne admoneantur, quod si admonitionibus nihil proficitur, summus est aliquis in Ecclesia præsul; ei deferendum id negotii. Cens. Col. Si Princeps conatur definire dubia de religione, tum merito audit; vade post me Sathana scandalum mihi es Petrus a Soto. De religionis & fidei controversiis ac negotiis cognoscere judicare ac discernere, non ad seculares Dominos vel homines Laicos, sed ad Episcopos & Ecclesiasticos Prælatos spectat, ac homines Laici vel seculares non propriis sed alienis Episcoporum ac Prælatorum suorum oculis videre debent. Similia Henr. Blyf. habet. & communem hanc esse Catholicorum sententiam agnoscit Vetterus: Hinc est quod Bellarm. Brentium in Prolegom.

(2)
1. Tim. II. 1. 2.
D. Gerh. L. L.
de Mag. Pol.
p. 299. b. Hulf.
Brev. 399. 381.
seqq. D. Bal-
duin. Marlo-
rat. Pruckne-
rus ad h. l.

Ανασχευή.
sententia fal-
sa (1) in def.
peccantium.
v. ep. Pauli
III. F. R. ad
Imp. Carol.
V. ann. 44.
ap. Wolf.
tom. 12. sed
memor. p.
539. conf.
Gerh. l. c. p.
304. Censur.
Colon. ann.
1560. ed. art.
12. Henr. Blyf.
sem. in tr.
de Eccles. p.
37.

Vetter. in
post. Colloq.
Ratisbon.
p. 87. Bellarm.
l. 3. de Laicis.
c. 17.
Lorin. h. l.
Gvil. Occam.

gom. & Philippum in locis erroris accusat, quod nimium tribuant
Magistratui, quando Reges esse volunt non solum custodes & defenso-
res religionis, sed etiam iudices atque Magistri: e contra statuit, ad
Magistratum non pertinere iudicium de religione, sed duntaxat reli-
gionis defensionem. Ejusd. farinae Lor. est hinc ad l. h. non capita Re-
gum & Principum, sed brachia exorat. Melior est vox Gvil. Occam.
ad Imp. Tu me gladio tuere, & ego te calamo indissolubilibus rationi-
bus defendam. Hauserunt autem hoc suum dogma Pontificii a Do-
natistis: Quid est Imperatori cum Ecclesia? Dicebat Donatus apud O-
men. August. ptatum Milev. Hinc B. Aug. Ait quid. Donatista, non docet Episcopu
cit. H. Gr. de Proconsulari iudicio purgari, quasi vero ipse sibi hoc comparaverit; ac
Imper. S. P. P. non Imperator hoc quasi jusserit, ad cuius curam, de qua rationem Deo
157.
Resp. redditurus est, res illa maxime pertineat, eadem vestigia sequuntur
hodie Anabaptista & Sociniani. Hac sententia Mag. Pol. (1) jure suo
spoliat (1) brutificat: Adimit enim ipsi iudicium de doctrina, quod
jure divino debetur, ac requirit ut caeco iudicio amplectatur ea, quae
proponuntur, & suam suorumque subditorum salutem aliorum
arbitrio temere permittat. Argumenta quae hinc inde corradunt
not. i. e παρασκευη facili negotio resolvi poterunt: quibus adde dist. (1)
inter mutuam suavemque animorum, iudiciorum, consiliorum; con-
junctionem, quae utilis non tantum, d. & persaepe necessaria; & in-
ter utriusque status seu ordinis confusionem & in uno subiecto compositi-
tionem, quae quidem physice possibilis & in Ecclesiae veteris infan-
tia, ubi jure potius Domestico, quam civili homines regebantur, et-
iam usa; at sub lege Christiana hi duo status, de jure, ac ordinarie
incompossibiles. πολλικην ἀρετήν ιεροσύνη συνάπτειν, τὸ κλώθειν ἐστὶ
τὰ ἀσύγκλωστα. (2) inter imperata facere simpliciter; & cum ad-
ditamento, facere ut fiant, hiphilicōs & intransitive: aliud enim est
Casaub. praef.
exerc. ad ann.
Bar. Sacerdotem agere, ex ambone Scripturas interpretari, Sacramenta
administrare, in nomine Christi ligare, & solvere; aliud auctoritate
sua prospicere, ut quae sunt Sacerdotis, agat Sacerdos, atq; id rite, ut est
a Deo jussus: non pascere debet Mag. Pol. sed de salutaribus pascuis
prospicere. Sicut juxta Aristotelis architecti quia architecti,
H. Gr. tr. cit. non est, operi manum admovere, sed secundum rectam rationem u-
23. 24. nicuique quae facienda sunt praescribere, operarum autem recte im-
perata, recte item exequi imperantis non est, imperata facere, d. facere

ut fiant. (3) inter jus, & vim pretextu juris intentatam: seu quod idem est, inter exusiam moralem & Politicam; in iis quæ lege definita, moraliter necessaria non possunt prohiberi; moraliter impossibilia non possunt mandari, quia quæcumque Deus definiuit, ea in contrariam partem ab hominibus defini non posse exploratissimum est: at in iis quæ lege definita non sunt, *πάντα μὲν ἐξέσω, ἀλλ' ἢ πάντα συμφύγει.* (4) inter rerum Theologicarum notitiæ substantiam & modum fidei seu gradum talenti: Ita sc. de veritate aliarum sint solliciti, ne in sapientia illa cœlesti, quæ circa pietatem versatur, infantes sint, technisquæ Hæreticorum circumveniantur. (5) inter ea quæ fiunt, per se & per accid. non est studii, sed personæ male tractantis & applicantis vitio. (6) dictum 1. Cor. XIV. 32. aut non exclusive, aut non de fori competentia, sed doctrinæ norma loquitur. (7) imperare potest linguis, qui non potest animis. (8) nec repugnat esse a Christo & dependere, ut authore gratiæ, & tamen esse sub imperio humano.

(2) Opponenda hæc in excessu peccantibus, quibusdam Calvinianis & Arminianis, qui Potestatem Ecclesiasticam omnem Magistratui vendicant, & inter regalia ipsorum referunt: Verbi ministris e contra in Scholarum & Scholasticorum, Ecclesiarum & Ecclesiasticorum, constitutione & vocatione, aut jus, aut libertatem seu-tiendi adimunt. Sic Episcopus; Magistratus non simpliciter opus habet consilio eorum, quibus Sacrorum administratio demandata est, in consuecendis decretis suis, aut in iis roborandis & stabiliendis auctoritate, cum sufficienter a Scriptura consiliis instructus, & plenaria potestate, quæ omnia solus, quando vult, exequi potest, de super ei a Deo donatus sit. conf. §. 19. §. 23. dist. 4. Concludimus hanc quæstionem & dicimus: *Ἄλλοῦ ἰσοεπισκοπία* seu spoliū alieni juris non est, quoniam Mag. Pol. de rebus fidei & religionis iudicat concurrenter; est si id facit αὐτῶν ἰσοεπισκοπία private excluso Ministerio Ecclesiastico.

§. 25. Alterum Gallionismi argumentum est, Pseudophantasia *λογομαχίας*, quoad hypothesein æstimanda ex iis, quæ supra de concionis Paulinæ momento dicta sunt: Suspiciatur Gualterus, Gallionem certamen hoc *λογομαχίας* nomine traducentem, sumpsisse occasionem ab ipsis iudeis, qui ineptis logomachis seu verborū contentionibus, & genealogiis, omnem suam religionē gentium ludibrio & risui exponebant: Sed bene Calvin. excusatione tamē dignus non est Gallio, qui

una

D. Dannh.
Th. Conf.
p. 855.

1. Cor. VI. 12.
v. D. Danh.
Polemof. 10.

[2] in excessu peccantium.
v. Vedel. de Epif. Const. M. p. 4. §. Episcop. dis. de iure Magistratus. th. 11.

Concludimus qu.

(2) an *λογομαχία* §. 7. sup. Gualth. h. li

Calvin.

una cum eorum curiositate sacram Dei legem subsannat, nam ut frivolis logomachiis ansam praevidere oportuit, ita rursus ubi de cultu Dei agitur, sciendum est, non de verbis certare, sed rem tractari maxime seriam. Quod diligenter contra quorundam cogitationes, ac si quaestiones de fide & religione, merae sint in eptia, inanes de verbis & nominibus contentiones, ματαλογία, καινοφωρία & vana loquendi novitates, sicut eorum genius representatur in Gallione nostro, ab Hod. Pap. in Pilato, a B. Gerbaro; in Festo, a D. D. Bebelio; in Syncretistis modernis, a Salve Ref. Sunt autem eiusmodi quaestiones modales & logicales, de quorundam Scripturae S. locorum genuina interpretatione, & consequentiarum deductione: *Controversia* χθές καὶ πρώην nata, neque in SS. literis, neque a sana & cana Antiquitate definita; adeoque non inter articulos fidei catholicos, cum nec omnino tempore, nec ab omnibus creditae fuerint, sed inter scita scholae forsitan referendae: *sententia privata*, quorundam tantum Doctorum Lutheri & Carolostadii, e nimio disputationis fervore nata, adeoque tales ut sine detrimento salutis, imo cum utilitate ignorari possint: ut *Hostiismus*, *Oralismus*, *Vbiquitismus*. e. g. In verbis institutionis, *an τὸ τῆτο ampliative notet id, quod fuit panis; an precise corpus vel sanguinem tantum; an totum porrectum divinum, terrestrem materiam clare in casu recto, caelestem mute in casu obliquo, q. d. hoc corpus meum, quod in, cum, & sub pane, est corpus meum, vitima vestra; it. hic sanguis, qui in, cum, & sub hoc poculo exhibetur, est sanguis N. T. & c. ubi quidem non erit locutio tropica, sed rhetorica, & logice explicata: An τὸ est intelligendum sit tantum significative de ἀπείσια & absentia; ἐνσσία & existentia, μείσσια & transsubstantiatione, παρσσία & adessentia, eaque σχετική relativa, non omnem quidem, sed veram & realem praesentiam excludente; an de non naturali quidem, non spirituali, sed praesentia vera, reali ac sacramentali, ita ut vi verborum Christi veracis, sapientis & omnipotentis, in usu Sacramenti, ipsa corporis & sanguinis substantia cum externis symbolis πρὸσφερομένοισι ἢ διαδοτικῶσι conferentibus & obsignantibus pane & vino ita uniatur, ut omnibus sumentibus, tam fidelibus, quam infidelibus distribuatur, eodemque organo, manducationis & bibitionis proprio, ore scilicet corporis, non quidem πρώτως d. δειξέως, non naturaliter sed sacramentaliter manducetur ac bibatur? Sic Constantinus M. ab Arianis*

cir-

D. D. Dannh.
H. P. dedic.
Har. Chemn.
Lys. Gerh. T.
II. p. 1874. D.
D. Bebel. ex-
ercit. ad
Const. M. ep.
Iren. §. 42.
Ref. S. 13. p. 52
seqq. §. 16.
p. 171. seqq

D. Dannh.
Hodof. p. 777

B. Gerh. Ifag.
LL. CC. p. 1123

D. Hutt. ren
p. 34. a.

circumventus judicabat quæstionem; *an filius dicendus ὁμοῖσι* *an ὁμοῖσι Patri?* esse quæstionem leviculam & stultam.

§. 26. Hinc mitiora de dissentientium religione, adeoque non
 discentibus tantum & auditoribus, quorum puriora sæpe sunt cor-
 da, quam ora Sacerdotum, sed & Doctoribus, ducibus & antesigna-
 nis, iudicium; *χλιαρότης ἢ ἀμφιδεξιότης*, neutralismus & indiffe-
 rentismus; *τροποφορία* & conniventia non necessaria, odium Po-
 lemosophiæ S. & contemptus; Disputationum theologicarum insa-
 na proscriptio, aut ad scholas relegatio; *ne in dissensionibus de reli-
 gione patiatur princeps certamina publica nimis invalescere, præsertim
 pro suggestu & ad populum; Συλλαγωγία* seu summorum fidei capi-
 tum deprædatio, & a credendorum corpore deartuatio. Nobis ad
 specialem articulorum enumerationem, & momentum discre-
 pantia,

Effecta hujus
 Pseudoph.
 B. Greg. Ke-
 ckerm. l. I.
 Syst. Pol. p.
 524.

Breviter de eo quantum videtur nervose D. Kuhn. ad relat. Colloq. Cassel. p. 3. Non con-
 venimus in fundamento *substantiali*, Christo, cuius tum *persona*, tum *officium* controver-
 titur; neque *organico* verbo & Sacramentis, quorum ipsa *natura* & *virtus* disputatur: neque
dogmatico, quod directe contradictorium habemus. Nostrum enim est *voluntas* & *decre-
 tum conditionale* de salvandis fidelibus, Calvinianorum *voluntas peremptoria* & *decretum
 absolutum* de salvandis absolute electis. Nostrum est *verbum univiale*, universalis gratia
 & meritum, atque promissiones tum *predicatione*, tum *intentione divina*, universales, Cal-
 vino *particulare*, absoluta quarundam singularium personarum ad vitam prædestinatio.
 Nostrum, Christi *meritum fide apprehensum*, quo salus nostra non *quoad actualem collatio-
 nem tantum*; sed & *destinationem* primo & principaliter innititur: Calvin. autem salus eo
 non innititur nec *quoad destinationem*, quia destinata antequam Christus in mediatorem desti-
 natus, adeoque citra illius intuitum, qui obiectum intuendum natura præsupponit: nec
quoad acquisitionem & *meritorie*; quia nemo salutem promereri potest, aut necesse habet iis,
 quibus jam ab eo, apud quem promeriturus esset, salus absolute destinata. Et qui jam vult
 salvare, apud eum neque potest quisquam demum promereri, ut velit, quia non potest idem
 eodem tempore velle & non velle. Neque quoad *actualem Collationem aut dationem* quia
 Christus per se tenetur vi decreti divini dare salutem iis, quibus ea sine ipso multo ante a
 Patre per electionem destinata est, qui ex sententia Calvinianorum ideo electus & ordina-
 tus a Patre, et electis illis omnibus salutem det: Quam sicuti citra intuitum meriti Christi desti-
 nare potuit, ita et citra illum dare quod enim & quo modo potest DEUS velle, Id eodem
 modo potest etiam facere. Atque sic plane aliud ponunt fundamentum præter id quod positum
 est, I. C. I. Cor. 3. II. scil. absolutam electionem & salvandi decretum, destinationem Media-
 toris ordine naturæ antegrediens & intuitum meriti Christi simpliciter excludens, ex quo
 tota eorum Theologia atque salus dependet; Ut adeo fundamentum fidei Calvinianæ non
 sit I. C. d. absoluta voluntas Dei a qua universum doctrinæ systema dirigitur. Demons-
 trant hoc ex nostris non tantum Hunnius *διακρίσις* p. 440. & Hulseus, *Calv. Irrec. ad qb.*
 I. p. 22. seqq. sed & falsi ipsi adversarii jam dudum ultero. &c.

F

hic

D. Dannh.
Ab. rett. Sal.
R. q. 4. p. 176.
Styl. Vind.
p. 225. seqq.
Opponimus
necessitatem
(1) finis.

2. Tim. III.
16. contr.
Φλυαγ.
Borthen. v.
St. V. p. 236.
Har. Chemn.
Lys. Gerh.
ad Joh. VI.
v. 39.
Ab. R. p. 98.
Sigal. p. 244.
seqq.

v. Hulfem.
Caly. Irrec.
p. 160. q. 3.

hic descendere meta præfixa vetat; neque etiam necessarium videtur, cum a Nostratibus tantum quoad numerum numeratum, si non numerum numerantem etiam satis abunde præstitum sit vv. II. cc. novissime omnium a Theologis Witteb. in dem Beweis/das der Calvinische Irrthumb der Seeligkeit nachtheilig seye.

§. 27. Pauca tamen & quæ vel maxime ad rem facere videntur excerpere non pigrabimur: Quoad necessitatem (1) finis, non tantum ultimi qui est salus æterna; sed & intermediæ, qui est conscientias solari, tranquillare, serenare, certas reddere de salute; non ad τὸ νῦν ἀναλύσεως tantum sed & vitam gratiæ nutriendam, fovendam: O id igitur fide divina credendum, asserendum & defendendum, quod in relatione ad fidem, Scriptura S. proponit. A. O. quod facit ad διδασκαλίαν & doctrinam, ad ἔλεγχον, & redargutionem, ad παιδείαν & informationem, ad ἐπανόρθωσιν & correctionem ad παρακλήσιν & consolationem; id Scriptura S. in relatione ad fidem proponit E. It. O Scriptura ὀφέλιμη & utilis. E. etiam eliquata, quæ differt ab illa nucleus a putamine: ut putamen non cibatur seorsim sine applicatione ad os, ita nec Scriptura seorsim salvificat, nisi enucleata, admota ac elevata a Spiritu S. Nō externum corticem vel literam tantum accipiant, sed quia multa in Scriptura occultioribus mysteriis involuta sunt, monet Christus Iob. VI. 39. adhibendam diligentem per-
scrutationem. Sunt itaque articuli controversi inutiles I. per se & sua natura, etiam post eliquationem; aut per accid. ob neglectam anchinœam & solidiorem illustrationem, quam Scholæ primario demandamus, sed ita ut putamine fracto, nucleus Ecclesiæ commodis reservetur; huc si finaliter omnia tendant, non scholæ, sed vitæ discitur: Alias relegatio ad scholas nec licita, quia Elenchus non tantum Scholasticis, sed & Ecclesiasticis Doctoribus demandatus; non pia quia simplices & rerum imperiti, maiori sollicitudine sunt monendi, iisque cavernæ colubrorum detegendæ. Non requirimus perfectionem absolutam, quæ in statu hoc vitali frustra speratur; sed debitam exoptamus & possibilem: Superlativus non assequitur, quærendus tamen. Necessaria alia ἀπλῶς & simpliciter; alia κατὰ τι & secundum quid; pro tunc & nunc; novis enim hæresibus subortis, sano sensu, nova fidei doctrinæ prodeunt: Necessaria alia τῷ huic vel illi; alia ὅλην ἐταιρίαν omnibus simul sumptis. Nemo tenetur semper affirmative
ad

ad credendum; negativè tamen ad non contradicendum. Nec à D.D. Bebel. disp. 5. c. 5. non intelligentiæ, vel potius ignorantia eventu in vulgo, ad notitia in- 41. v. D. D. debitum licebit argumentari nisi eandem credendorum mensu- Dannh. Ab. ram esse velimus; quin imò videndum, annon legitimis mediis R. qv. 11. adhibitis, scire & intelligere, posset & deberet. Licet simplicitas si- p. 71. 72. dei Christiana excludat sapientiam carnalem; non tamen εἰληκτι- D. Dannh. véαν Θεῶν excludit, & augmentum fidei seu Philomathiam, sed est Mem. Ev. columbina simplicitas, cum prudentia serpentina attemperata. No- P. 391. tum Athanasianum fulmen: quicumq; vult salvus esse, ei ante omnia Symb. Ath. opus est, ut teneat Catholicam fidem, quam nisi quis integram inviola- tamque servaverit, absque dubio in aeternum peribit. Est enim fides una copulativa, quæ omnium fidei articulorum notitiam requirit, cuius articuli inter se cohærent, ut annuli in catena; rupto uno, tota solvitur. Adverte hic, cum Ario, contra quem fulmen hoc vibra- tum, ut videbatur in oculis Constantini, tantum contentionem de unica litera, an sc. dicendum ὁμοῖσι & quod ille; an ὁμοῶσι & quod Orthodoxi volebant. Cessissent sine dubio tum temporis, si ubi cedendum foret; at maluit Athanasius in exilium eiici, quam adversario in puncto fidei cedere. Ex Augustini observatione Ap. 1. Tim. VI. 20. quidem docet fugiendas esse non καινοφωρία: seu no- Pruckner, vitates quaslibet etiam sanas, & ἀποτύπωσι τῶν ὑγιαίνοντων λό- vind. ad 1. γων pertinentes, ut sunt termini διακριτικοὶ limites & distinctiones Tim. VI. 20, philosophico-theologicæ; sed καινοφωρίας seu βεβήλας καινοφωρίας D. D. Bebel. novitates vanas & profanas; in illis caute procedendum; hæc pla- disp. 5. cit. ne fugiendæ. Illustri exemplo e Synodo Seleuciensi hoc declaratur in §. 43. disput. de Const. M. ep. Irenic. sæpius citata.

§. 28. Notamus igitur quoad necessitatem (2) mandati, de no- (2) manda- titiæ rerum divinarum augmentis, non θεσεως solum, sed & ἀντι- ti. θεσεως, τῆς ψευδονύμης γνώσεως agnitione; D. Pauli dictum. Col. II. 8. Col. II. 8. Ubi augmentum fidei nobis commendat, ex eo potissimum, ut stare & D. Dannh. consistere queamus, cum contra impostores, instar prædæ fidei thesau- Ab. R. proli- rum eripere conantes; tum contra tentationes & suggestiones Diaboli xc. p. 1. seqq. accusantis, conscientie damnantis & redarguentis: hinc radices agant, Ep. Jud. v. 3. ne tempore tentationis succumbant. deinde S. Iudæ, v. 3. qui cum in cor- D. Dannh. ruptissima incidisset tempora & spiritu prævideret, quid porro futurū es- Hod. P. Pro- set, tum amore fidelium percussus, & ἀναγκασμῶ ἀδελφῶν, classicum quasi oem. Mar- lor. h. l.



cecinit ad excutiendum torporem, & monuit, in fide ut perstemus varia obeunda certamina, & continuam nobis instare militiam. E. quibus de disputandi necessitate nostram sententiam, Max. Ven. D. D. Praeses format & confirmat his verbis: Odiosum quidem hoc seculo nomen apud eos, qui infantem cum sordibus ejiciunt, sed mediū est convictivi iudicii omnium sanctissimū, quia a Salvatore sanctificatū, cum promissione ordinarii elenchtici officii, Jo. XVI. 7. 9. tum exēplo Matt. XVI. 16. XXII. 17. alibi a Sp. S. mandatū, Tit. 1. 9. ubi ἐπισημασθησθε nihil aliud est quā conscientias convincere; Antiquissimū, usit atū sc. ab Apostolis & Apostolicis viris Act. V. 29. VI. 9. XV. 2. 7. XII. 26. potentissimū effectu Matt. XXII. 46. Act. VI. 9. XII. 28. de Augustini cum Haereticis victoriis ac triūphis v. Cent. Magd. p. m. 644. & seqq. adde nos victores Dn. Schroder. & Dn. Taufreterū p. m. ap. D. Nic Hunniū Consult. p. 461. 464. Et in Hyæna Friburgica: Λόγῳ fallaci serpens pomū eridos jecit; Λόγῳ veraci & colloquiis ad S. literarū normā compositis restaurandū est quod turbavit Erynnis; Finitur juxta Lipsiū l. 6. pol. in f. discordia civilis dupliciter, aut pactione, aut victoria; illā eligit ipse, in suo sc. circopolitico, addit tamē plerisq. placere finiendi modū alterū, qui veram volunt, & sine exceptione victoriam: sola haec posterior in bello sacro placere debet; qui sciamus e S. Codice, postquam homo depectus est, inimicitiam inter semen muliebre & serpentinum positam esse non nisi victoria Logica dissuendam; atque sic anancasimum elenchticum & convictivum conscientiarum obtinendum, in Ev. Luc. 14. expressum, quem perperam de violenta conversione interpretatus est Avitus Avernorum Episc. ap. Spond. an. 579. n. 5. ipso Gregorio Papa improbante, ib. & ad an. 594. n. 1. Unica haec & consecratissima clavis, & regia pacis resarciendæ via est demonstrata in Myster. Synchr. sect. 5. p. 123. & salve Reform. qu. 12. p. 839.

D. Dannh.
Anti-Chr.
P. 496.

D. Dannh.
Hyæn. Fr.
§. 6-p. 10.

Quæst. quo
stylo, & qua
προθυμία.

Paræ. Iren.
p. 6. 7. cit. D.
Hutt. Jr. p. 5.

§. 29. Quo stylo autem & quanam animi προθυμία, seu alacritate bellum hocce pennigerum suscipiendum, & gladius oris stringendus? Resp. novi Methodistæ stylo theologico magis h. e. candido & mansueto quam Lycambæo. Optandum ergo ut Brontes aliquis, aut Vulcanus ipse omnes illas maledicas chartas, quæ orbem Christianū hæc temus perturbant, devorarent, ut alia magis sobria locū invenire possent: quod si aliqui Principum Ev. autoritate obtineri posset; utiq. adversaria theologorū scriptiones, non amplius infructuose, nec diu necessaria forent. Novissime, vix tamen aliquid novi, licet

licet, si Bibliopolæ fides, evulgari gestiatur *D. Dieft. Theologus factus medicus* sc. de hac *methodo* egregie rhetoricabatur.

In *publica* quidem *concione*, ita ille, *tr. f. cit. p. 211. & seqq.* omnibus rigidis locutionibus, maxime odiosis Calvinistarum & Ubiquitarum nominibus, omnibusque convitiis studiose absteatur, fratresque qui errare putantur, non diris execrationibus devoveantur, aut condemnentur, sed precibus ad Deum eorum conversis exoretur, nec populus difficilibus & captum illius superantibus controversis quæstionibus turbetur, sed omnia ad illius ædificationem, ac charitatis promotionem dirigantur. Si vero textus controversas attingere jubeat, nude, suppresso & religiose vitato Lutheranorum & Reformatorum nomine, explicentur, & dogmata utrinque sine alterius sine partis dissentientis non necessaria appellatione, stabiliantur, & a manifestis erroribus, si necessarium sit, modeste liberentur. Sic enim Reformati in Lutheranorum, & Lutherani in Reformatorum coetu vix se tangi animadvertent, exacerbationes oblivioni tradentur, & corda unientur, ac controversiæ paulatim sopientur: cum contra ubi convitia dicuntur, aut odiosa nomina pro concione inclamantur ejusmodi licentia concionum, quasi coram tota concione dedecus acceperit, laceffit, reliquæ concioni aures ocludat, imo tandem ab omni illius coetus frequentatione absteatur. Talis & a *Scholarum Doctoribus* Controversias Evangelicorum explicationibus & scribentibus adhibeatur moderatio, &c.

Ita novus *Proxenetæ* satis plausibiliter: Dist. autem (1) inter *Salem* *acrimonia*, & *virus maledicentia*, ἐχθρὴ ἐν εἰρήνῃ ἀλλὰ καὶ εἰρήνῃ- Har. Chemn. vεῖε: *Habete in vobis ipsi Salem, & pacem habete inter vos, ait Christus*, Matth. IX. 50. (2) inter *denominationem διακρίτην* ab autore, omnino videnda D. renovatore sectæ vel doctrinæ, seu etiam dogmate primario, ratione cautela; & inter *factiosam, contumeliosam, odiosam traditionem*, animo injuriandi & exagitandi. *Illam licitam omnino*, alias Christus peccasset, cum Nathanaelem dixit Israelitam Joh. P. 6,

1. 47. Quoties nominat Sadduceos, utique a Sadoco oriundos. It. Nicolaitas Apocal. p. II. 6. Hanc quod attinet, nobis quoque execrabilis videtur. Hinc B. Hutterus eatenus *Paræoluffragatur*, quatenus hanc censuram (1) velit esse suæ partis scriptoribus cit., cum nostris communem. (2) quatenus. *Judex detur non suspectus.* (3) quatenus. *eximantur ea scripta, quæ sale acrimonia, secundum admonitionem Servatoris tincta, justam tamen & orthodoxo Theologo dignam moderationem sapiunt.* Si turpe est Doctore cum culpa reddarguit ipsum, quomodo veniam merebitur, qui hinc inde in *Nostrates* exardescit? *Eo insuper eram sensu concordiam fide quidem quovis unione esse cariorem verum esse unionem Cleopatra, quem acetum, quod in pectore habent acuti vitilitigatores, dissolvit & absorpet, per invectivarum vomitum eum non redditurum.* At quid? Bren- p. 134. 135. *tius Ubiquitatis Parens, & Jac. Andrea Apostolus callidissimus.*

It. vulgo Schmidelinus dictus, quod Fabri esset Filius, quamvis & non absone ab Ubiquitatis fabrica sic dici potuerit. Egregia sane paciscendi formula! Discant ergo seu dediscant prius, & parent; antequam doceant, & imperent.

H. Gr. Com.
ad l. nostr. de
Imp. S. P. p.
106.

§. 30. Hactenus ἀλλοτριεπισκοπίας καὶ λογομαχίας Pseudopantasia, Gallionismo propria; approbata sine iudicio a H. Gr. Comm. h. l. bene responsum, ut ab homine dulci & c. At melius sentit in tr. saepe c. cum narratur Proconsul Achaiae Gallio rejecisse a se iudicium de legis Judaicae questionibus, apparet, non in laude id, sed in vitio poni, inde enim factum, ut illatas Sostheni injurias vindicare negligeret. Alia quoque in medium producuntur argumenta cum reliquis Syncretistis communia, hinc inde a nobis delibata: In S. R. 4. observantur (1) Sancta simplicitas die heilige Einfalt ist doppelt schön: Erstlich Einfalt/ darzu heilig/ aber ein doppelter Schalck liegt darunter verborgen. (2) Sancta Concordia, die heilige Einigkeit/ da man durch eine neutralität beyder seits Freunde bleibet. (3) S. Autarkia, die heilige Begnugsamkeit/ da ein Mensch ihme selber eine gewisse mensur und Maas/ seine schuldige und erklectliche Wissenschaft erdichtet/ lasset sich bedüncken/ wann er etwas weiters erforschen und erlernen solte/ er möchte der Sachen zu viel thun/ und zu weit grübeln. (4) S. Obedientia der heilige aber blinde Gehorsam/ der Ammonitische Nahas Fried/ dahin der Satan finaliter zieleth. De quibus ordine quidem & prolixè agere constitueramus, sed ut occupavimus dicere meta praefixa vetat; Apparebit tamen nullitas, si non remedia esse, sed damna paucis ostenderimus.

D. Dannh.
Ref. S. p. 631.
seqq.

Damna D.
Danh. Ref. S.
p. 10.

§. 31. Est enim Gallionismus (1) Conscientia carnificina, dum tyrannice proscribit in exercitio religionis Famam, Aletheam, & Parrhesiam alias sororio nomine devinctissimas. In specie quoad Auditores, quibus in fide minus, ac in moribus informari, triste malum: Quod si enim Clerico Scapham Scapham dicere non licebit, Scapham Scapham esse Laicus ignorabit: Canibus non tantum lupescensibus, sed & obmutescensibus ovium salus erit desperata. Experientia hactenus edocuit, ad acriorem, in deperditos corruptissimi seculi mores, invektivam, auritum omnem populum: ad uberiores vero mysteriorum & summorum fidei articulorum eliquationem, vix unum & alterum; Unde hoc ex Amelia Atheistica & caecitate connata in rebus spiritualibus, quae homo animalis ita

COR-

corruptus, ut visum non tantum non appetat, sed illuminationis media, quantum in se est respuat: Gallionem qui sequuntur, & militiam hanc sacram deprecantur, cœcitati connatae non medelam, sed fomenta præbent. Nullam esse majorem pestem quam dominari velle conscientis, vox est Maxim. II. qui αὐτάγκειαν commendat, & Laicum paucissimis quibusdam capitibus contentum esse vult: sitim non restinguit, sed tyrannice studium inhibet. Nunquam judicium feret Mag. Pol. etiam Laicus, præprimis de vexatis quæstionibus, si earum cognitione sufficienter non fuerit imbutus? Aut quomodo dextre sentiet, quem erudire nefas? At cum veritas exulet, cur veritatis indagacionem exosam esse mirabimur? Dolendum sane, imo acriter dolendum, quod non cuivis contingat adire Corinthum; multo magis autem paucos eo anhelare; paucissimos, tutissimum Ariadnæ ductum, vel non fastidire, vel ad eundem sponte Idiotas non cœcutire. Conscientiæ deinde Carnificina in Pastoribus & iis, qui præsumunt: quid sibi velit τὸ ἐπέχειν a D. Petro demandatum, Max. Ven. Dn. D. Præses late exponit.

D: Dannh
Paneg Vitam
p. 664

De Religione Pontificia B. Megalander T. I. Eisleb. p. 30. Ich bin so fern / Gott lob / der Sachen gewiß worden / daß wo ein Selsorger sich nicht mit allen Kräften setzt wider den Pabst und Bischöffe / ihre Menschenlehr und Gebot / mit reiner Lehr nicht ansieht / noch ihnen widerspricht / er bleibe darüber lebendig oder todt / so könne er nicht selig werden. De Religione Calviniana Theol. Wurtembergici in examine des ausführlichen Berichts p. 3. Es ist gewislich allen Christen / ja allen Seelen und Seeligkeit liebenden Leuten trefflich viel daran gelegen / daß sie wissen / wie es in dem grund mit Calvinischer Lehr beschaffen / damit sie selbigen Greuel von Herzen fliehen und meiden lernen: Deswegen ein ieder Zuhörer (vel maxime Ecclesiæ nutritius;) so viel als der Lehre selbst / daß sie nehmlich der Wahrheit und des Wegs zum ewigen Leben nicht verfehlen / Sorge zu tragen hat / dann wann ein Blinder den andern leitet / so fallen sie beyde in die Gruben.

Hinc autem fideles DEI servos armis & vi (per cornutum illud, Fac aut ambula) comminationibus & obtestationibus avocare, annon tyrannis? Potuit sane Inclytus Saxoniae Elector per Cancellarium Pontanum impetrare a Luthero, ne in Philippum publice inveheretur, donec privati colloqvii periclitacione sententia fidesque ipsius accuratius esset explorata: Cum autem hoc tempore adversarii non timidiuscule, sed audacter satis errores suos hinc inde disseminent, idem tentare non decet.

v. D. Kuhn.
tr. cit. p. 130.
171.]


§. 32. Est (2) Gallionismus Ignorantiæ asylum: Cum n. homines isti profani a quæstionibus fidei & religionis, αἰλλοτριοςπισκοπίαν καὶ


καὶ λογομαχίαν causantes, abstinent, revera nihil aliud agunt, quam ut crallissimæ eorum ignorantix & detestandæ ignaviæ patrocinium quærant, prorsus ad exemplum aliorum, quos perstringit *Calv. ad 1. Cor. 3. & B. Gerb. ad Matth. XV. 10. v. Brent. in Act. Homil. LXVI.* Surgit hinc quoque in Ministerio Ecclesiastico ignavia, quæ perit talenti fœnus. (3) Damnum est Apostasia, remover enim Gallionismus eam prohibens *v. Max. Ven. D. D. Præses in Ab. R. p. 91. 92.* quod si quæstiones hæctenus controversæ fidei fundamentum non attingunt, quis dubitabit, alteri Ecclesiæ, ne dicamus persecutionis tempore, sed etiam temporalis commodi gratia sese associare? iterum *v. Max. Ven. D. D. Præses, in wohl ver. Sch. R. p. 215. seqq.* Emergit tandem (4) Atheismus, neutralismi, Libertinismi filius primogenitus: Libertate credendi enim (*pro qua tq. pro aris & focis depugnat Jos. Castim. tr. cit.*) concessa, longius semper deviant, donec tandem ipsi nesciant, quid credendum, quidve semper deartuent, donec trucident.

Clara sunt quæ, *Guil. Perkins.* habet: hinc *Atheismus* seculi hujus, qui passim abundat, nobis patefit; Deum enim contemnere & odio prosequi est purus putus Atheismus. Jam vero qui corda sua Deo subducunt, & sese huic mundo totos devovent, mandatis Dei oblitis & eorum, obedientia excussa, Dei contemptores osoresque iudice Christo habentur, horum vero plena sunt omnia. Non quidem hos homines, ut *Athei* audiant, valde indignari, nihil tamen refert, quantum a mundo fiant, usque dum scelestos hos mores correxerint, Christus eos meliores non ducet, opp. T. II. p. 446. Clarissime *Politicus sceleratus impugnatus p. 11. & 12.* Inquiunt, virum *Politicum* illorum sectæ addictum esse, decere, qui autumant religionem pro temporis opportunitate nunc hanc nunc illam assumendam juxta ac ponendam veluti vestes. *At quomodo unquam fieri potest, ut quis Deum sincere, & ex toto corde diligit, qui diversas religiones simul sobere desiderat? Certissimū enim est, neutram credere contrarias qui admittit.* Hoc modo religio habetur ludibrio, & verbum divinum æstimatur ad usum corporis, atque hac ratione levitas animi & securitas mortalium mentibus sensim instillatur. *Animi dum suspensæ harent per levi pulsū huc illuc transferuntur, non minus quam quicquid pendet, versatile est.* Nunquam hoc manifestius apparet, quam in amphibis istis, vel potius omnium religionum hominibus, cum evenire nec soleat, nec possit quin mobiles illorum mentes, mox dubiæ brevi nullius efficiantur Religionis, & tandem in omnium vitiorum extremum, infernali expiandum cruciatu, prolabantur Atheismum. Annon creditis levia capita, & vobis esse scriptum, quod ipsa veritas in Apocalypsi ad Angelum Ecclesiæ Laodicensium exarari juslit. *Nobi opera tua, nempe te neque frigidum esse, neque fervidum: utinam frigidus esses, aut fervidus. Itaque quoniam tepidus es, nec frigidus, nec fervidus, futurum est ut te ebomam ex ore meo.*

Manet igitur Gallionismus Pseudo-Policorum ars nova, ex *Amelia Atheistica* supina ignavia potissimum suborta, controversarum de fide & religione incuria & ignara, exterius ἀπολυπραγμοσύνης καὶ λογομαχίας Pseudopantasia, pacis & simplicitatis corusca, revera tamen conscientie carnificina, Ignorantiae asylum, Apostasia mater, via Atheismi. Sed hic terminus esto. Sit gloria P. F. & Sp. S.

F I N I S.





753962


ULB Halle 3
001 854 02X



Sb.

h

10/12







63. 65
I. N. 7.
GALLIONISMUS


EX
Aetor. cap. XII^X, vers. 12.13 14.15.16.
illustratus & profligatus

Sub
AUSPICIIS DIVINI NUMINIS
MODERAMINE
VIRI MAXIME VENERANDI
DN. JO. CONR. DANNHAUERI,
Doctoris & Professoris Theologi, Con-
ventus Ecclesiastici Præsidis.

Ad
examen SOLENNE exhibitus
D. Mens. Jun.
a

VVOLFFGANGO PICHLERO,
Eslingensi.

DISPUTATIO XIX.



ARGENTORATI,
Typis JOSIÆ STÆDELI, Acad. Typ.

ANNO M. DC. LXIV.

